144

K/4-

Mss
Dominicale et Festivale
48 pages



358

DOMINICALE ET FESTIVALE.—MS. of the Twelfth Century, very neatly written in a small hand on 48 pages in double columns ON VELLUM, with ornamental coloured capitals, wanting the first 26 leaves, folio, boards, £3 15s *XII Cent.*

S tus accensi preclara mundi fastigia relinquunt. et
paupertatem spe ante ponunt. Hij sunt pauperes spiritu:
quibus eternum regnum ut reges sunt sublimis hereditas
reseruantur. A spiritu maligno ducuntur quos in potentia
huius mundi positos instigat dyabolus. et hortatur. ut
contempnant presentes diuicias. quatinus eos apostatare fa
ciat. et grauioribus ligamentis implicet. Sic enim eos
conuenit. ut per speciem religionis ducat eos in fo
ueam perpitationis. Qui aut a spiritu sancto ducuntur.
Alij ducuntur solo appetitu uel affectu. et hoc bestiale.
Alij ex sola ratione. et hoc humanum. Alij ratione se
cundum affectum. et hoc dyabolicum. Alij affectu secundum
rationem et hoc est diuinum. Ratio enim ex affectu est
approbatio iniquitatis. Affectus ex ratione dilectio
ueritatis. Sunt enim qui non habentes unde uiuant. pre
ignauia religionis suscipiunt habitum. ut ibi absque
labore uitam peragant infelicem. Sunt qui diuitiis
sublimati huius seculi felicitate perfruentes. ludente for
tuna cuncta que habent perdunt. et pre nimia confusi
one mundum relinquentes. proicientes eos mundo
dominum complectuntur. De quibus scriptum est. Imple
facies eorum ignominia. etc. Hec duo hominum genera.
et si non multum utilia. tamen non sunt contemptibi
lia. Hic abyssus dei iudiciorum est consideranda. Qui enim
ducuntur a spiritu sancto. plerumque bonum habent initium et
finem optimum. Multociens autem de bono principio.
malum finem sortiuntur. Plerumque qui ducuntur a
spiritu sancto, de malo principio ad sinistros exitus ducuntur.
et sepe gloriosum finem adipiscuntur. Qui uero ducuntur a spiritu
maligno eo decepto et supplantato. plerumque ad felices ex
itus perueniunt. Propterea qui perfectionis uiam ingredi
nequit. et subire desertum loci. desertum inhabitet pec
toris. i. humilitatem christiane simplicitatis. ut si tu
multus sesi carne sentiat. saltem mente deserat. H
enim est heremus deo familiaritas gaudens. Hec est de
sertum floribus christi uernans. in quo qui non moratur
cum hebreis manna. i. diuinum corpus non meretur acci
pere. In hoc deserto morari uolentibus. temptationes
obicit golyas philisteus. concupiscentiam carnis. concupiscentiam
oculorum. concupiscentiam fauoris. que uite superbia nuncupatur.
Prima temptamur cum cibos lautiores et palato dul
ciores appetimus. uel cum uiles esu desideriis carnalibus af
fectamus. uel cum tempus indigentie preuenire uolumus.
Item cum calore iuuenilis incontinentie uisa mulieris

pulchritudine. uel preterite delectationis recordatione
succendimur. Secunda temptamur cum in ambitio
ne diuitiarum seculi huius inardescimus. et tenacitatis
uicio laborantes conseruandis rebus que labore parte sunt
inhiamus. Tercio aut genere temptationis impel
limur. cum constructo spirituali in nobis edificio subac
tis que uiciis de eo quod iusti sumus gloriantes. uideri
uolumus. et laudes de nobis minime respuentes ad sa
lutationes hilares sumus et fauores. Prima concu
piscentia est de bonis carnis. Secunda de mundanis. Ter
cia de interioribus donis uirtutum. Hec sunt tria uicia que
tribus comparantur animalibus. sui. talpe. et uespertilioni.
Sui comparatur concupiscentia carnis. quia sicut sus immundum
est animal. et in luti uolutabro uolui delectatur. Sic car
nalis concupiscentia cibo distendi. mero estuari libidinis
incentiuo despumare cupiens. in immundiciis et flucti
bilibus carnis desideriis recubare gratulatur. Talpe uero
concupiscentia comparatur exteriorum. Sicut enim talpa pel
lem nigram gerens oculis carens. et in terris semper
fodiens. tantum cumulum sui relinquit uestigium. Sic cupi
dus et auarus peccatis obscurus. oculis carens spiritualibus.
et tota mentis intentione terrenis desideriis implicatus
breuem sui post obitum relinquit memoriam. quam in
iuste congregauit relicturus alienis pecuniam. Porro ue
spertilioni uite superbia comparatur. Sicut enim uespertilio
lucem uidere non potest. alas habet. nec nisi in uespere uo
lat. Sic qui desiderio laudis humane estuat. pennis
superbie in sublime uolare desiderat. Sed cum celestis
gratie lumine uidere nequeat. ad uesperam uirtutum sup
ueniente nocte uiciorum pennas inanis glorie aduola
tum excitat. Nos igitur fratres karissimi qui dicimus nos in christum
credere. debemus sicut et ille ambulauit ambulare.
cuius actio nostra est lectio. cuius uita nobis est forma uiuen
di. Legitur enim in euangelio hodierno quod dominus noster
ihesus christus cum dyabolo congressus. et ab illo temptandus. accepit
quinque lapides secum de torrente sacri eloquii. qui sunt quinque
libri moysi. et cum uno illorum. s. cum deuteronomio dyabolum
prostrauit. de quo uolumine uidentur assumpta esse omnia testi
monia quibus illum superauit. quod et dauid contra golyam
philisteum gyganteum statura. bellatorem a puericia pu
gnaturus figurauit. qui sumpto pastorali baculo quinque
limpidissimos lapides de torrente sumptos in peram re
posuit. et cum uno illorum percutiens in fronte gygantem pro
strauit. Et nos imperatoris summi uestigia sequentes.

xxvij.

Phillipps MS
406

accingam̄ in deserto uite huiꝰ contra temptationes
dyaboli. ⁊ de torrente sp̄c sc̄i assumam̄ quinq; lapides
adiutorij. ⁊ in pera nr̄e memorie recondam̄. ⁊ ba
culo nr̄e consolationis qui xp̄c ē ꝑtamur. Sūt
aūt hii lapides ieiunium. paupertas uoluntaria. cō
temptus mundi. patientia multa. caritas n̄ ficta.
Contra concupiscentiam carnis eliciatur ieiuniū quod
hostes abicit. ostia claudit. ⁊ domū custodit. Corpus
enī qđ abstinentia non frangit. temptatꝰ carnali
um desideriorꝫ exurit. Est aūt duplex. sp̄ale ⁊ corpo
rale. Sp̄uale est quo quis ieiunat a malis cogitatio
nibꝫ. a uerbis iniquis ⁊ detrahentibꝫ. ab illicitis ope
rationibꝫ. Corpale ieiunium ē excessum refrena
re, licitorꝫ. a licitis abstinere. appetitus nimios co
hibere. Pfecta est abstinentia, quando homo exte
rior ieiunat. ⁊ interior orat. Vn̄ ap̄ls ait. Exhibeam̄
nos, sicut dei ministros in ieiunijs ⁊ uigilijs multis. Ieiu
nare enī a uicijs, ē uigilare sp̄u ⁊ corpe. ⁊ refici so
brie meritoriū ē. Quid enī ꝓdest humiliari cibo. ⁊
augeri peccato. Quid prodest attenuare corp̄ absti
nentia. si animꝰ intumescat supbia. Quā laudem
merebimur de pallore ieiunij. si liuidi sim̄ inui
dia. Quid uirtutis habet uinū n̄o bibere. ⁊ ira at
q; odio inebriari. Sibi non deo ieiunat. qui paupe
ribꝫ non erogat. sꝫ uentrī postmodum offerenda re
seruat. Imple misericordie officia. ⁊ sc̄ificasti ieiu
nia. Est enim ieiunium ypocrite uel pharisei ut
appareat. Est auari ut loculos impleat. Est fastidi
ti ut plus, appetat. est infirmi ut ualeat. est deuoti ut
iumentū maceret; hoc solum ē meritoriū. hec autem
ieiuniū aut ē canonicū aut ē consuetudinariū. aut uo
tiuū. aut cotidianū. Canonicū est quatuor tēporꝫ.
Rogationū ante ascensionē. Sexte ferie qua xp̄us
sustinuit passionē. Quarte ferie ꝓpt̄ unde traditio
nem. ⁊ septime ꝓpt̄ reuerentiam sepulture. ⁊ quadra
gesime. ut in ea anni decima psoluatur deo. sicut
⁊ omniū bonorꝫ nr̄orꝫ decimas dare tenemur dn̄o.
Consuetudinariū est ieiuniū duarꝫ quadra
gesimarꝫ. una ante natiuitatē dn̄i. ⁊ alia an
te pentecosten simul cū institutis. ⁊ uigilie scōrꝫ
quorundam. Votiuū ē monachorꝫ ⁊ canonicorꝫ regu
larium. ab exaltatione sc̄e crucis usq; ad pascha.
Cotidianū n̄o est quod fit ciborꝫ luxuria. aut ꝓ
uitanda occupatiōe. ⁊ tunc ē meritoriū. aut ꝓ salute

corporis obtinenda. ⁊ tunc non est meritoriū. ⁊ hec de
ieiunio dicta sufficiant. Porro contra mundi con
cupiscentiam secūdum lapidem ꝓiciamus. uoluntari
am paupertatē. que, sc̄do suscipitur. cum multi conti
nentes ⁊ abstinentes inueniri cupiditatis uicio suc
cendant. Multi enim possunt continere uel absti
nere qui non desinunt diuicias ⁊ honores concupiscere.
⁊ quo minus uite restat. plus uiatici laborant acqui
rere. Contra quod uiciū paupertatis expectatur re
medium que regem facit pauperem. cuius est regnū
celorꝫ. Paup enim dn̄s ubi caput reclinaret n̄o ha
buit. paupertatem in ecclia dedicauit. pauperes pisca
tores elegit, ⁊ cum in regem eligeretur affugit. ad
seruum centurionis uenit. qui in domū reguli n̄o
intrauit. paupes beatificauit. lazarū diuiti purpura
to pretulit. Vere beata ē paupertas. que amore tem
poralium rerū non capitur. nec mundi opibꝫ au
geri appetit. sꝫ celestibꝫ bonis ditescere concupiscit.
Transeamus igitur ad sortem pauperum. quorum
formam xp̄c accepit. Expetita enī paupertas habet
meritū. sed illata cruciatū. At uero contra uite
supbiam. mundi opponam̄ contemptum. ut laudes
dei querentes discamus laudes mundi despicere. de
spectum sequi ⁊ glām fugere. adulationē contemp
nere. In mundo uiuere. ⁊ de mundi concupiscentia
nil habere. Aliena non appetere. ꝓpria non tenē. Hij
sunt tres lapides quibꝫ armari debem̄ contra tres
has temptationes. Sꝫ qm̄ dyabolus qui querit quē
deuoret non cessat nos psequi. patientiam oppona
mus psecutioni. Nam ⁊ dn̄s sicut ieiunauit. ⁊ dor
mientibꝫ discipulis in oratione pnoctauit. paup
tatē amauit. ⁊ mundi glām fugit. Sic ⁊ patientiam
corde uerbo ⁊ potestate exhibuit. Corde cū iudeis ip
sū querentibꝫ uoluntate se obtulit cū dixit. Ecce ap
ꝓpinquat qui me tradet. Verbo. qm̄ in ore eius non
fuit redargutio. Potestate. cum plus quā duodecim
legiones angelorꝫ a patre posset rogando. si uellet potuissꝫ
mittere. Sꝫ maledictus non remaledixit. dorsū ad
flagella patienter exhibuit. obprobria ⁊ colaphos
⁊ illusiones sustulit. ⁊ tanquam ouis ad occisionē
ductus. sicut agnus coram tondente se obmutu
it. Et nos ꝓ deo discamus obprobria amare, des
picientes honorare. mala nocentium ex corde
dimittere. ꝓ persequentibꝫ orare. debitorem

meritis despectu fugere. uos mundi honores fuge.

non exasperare. erga inimicos gratiam dilectionis
immobilis in corde retinere. Hec est multa
paciencia. ubi nostra debemus exercere mi
nisteria. Similiter in caritate non ficta. Di
citur enim ficta sex modis. Primo ut que
a dectat in prosperitate dilectio. nos deserit in
aduersitate. iuxta illud. Cum fueris diues
multos numerabis amicos. Tempora si fu
erint nubila solus eris. Dicitur et ficta ca
ritas eorum qui ore sunt blandi sed corde
fraudulenti. qui lacrimantur oculis. et si tem
pus inuenerint non saciabuntur sanguine tuo.
In conspectu oculorum tuorum indulcorabitur
os tuum. super sermones tuos admirabuntur.
et in uerbis tuis dabunt scandalum. Tercio
modo ficta est eorum. qui cum se uident sibi
gaudent. Sed cum separati fuerint. tunc amor
illorum tenues uanescit in auras. Quarto modo
ficta est eorum. qui facultates suas causa uane
glorie in pauperum cibos distribuunt. Quinto
modo ficta est eorum qui sub pretextu elemosine
querunt diuicias. dum pauperibus parum tri
buunt ut amplius accipiant. Sed hec est ue
natio. cum sic aues et pisces et bestie capiantur
in laqueos. Sexto modo ficta est eorum qui ante
mortem mortis se suppliciis atterunt. non pro
dei amore. sed pro sola humane laudis ammirati
one. Sed hec caritas in qua nos exhibere debemus
sicut dei ministros. debet esse uera. paciens et be
nigna. Non agens perperam. non querens
que sua sunt. nec ambitiosa. non cogitans ma
lum. non emula. nec superba. omnia credens.
omnia sperans. numquam desitura. Vera est que
propter deum et proximum nascitur. nata fouetur. fota nutritur.
nutrita roboratur. roborata perficitur. quam
nec spes. nec timor. nec utilitatis sue cum diuel
lit. nec munus. nec presentia tantum corporum.
nec subdola. et palpans adulatio conciliat. Sed
gracia ac timor dei. et diuinarum studia scrip
turarum. Paciens est que inter aduersa non de
ficit. et inter prospera meritum non perdit. Be
nigna est que malum pro malo non reddit. bo
numque pro malo retribuit. non agens perperam.
id est nichil extra rectum faciens. Non querens
que sua sunt. id est suam tantum utilitatem.
sed etiam proximorum. uel sua id est propria.
nec ambitiosa. id est non cupiens aliena. Non
cogitans malum adulationis uel detractionis.
omnia credens que de deo dicuntur uera.
omnia sperans que a deo sunt promissa nun
quam desitura. quoniam caritas est ignis
in syon. et caminus in ierusalem. In predic
tis igitur fratres karissimi simus dei ministri.
ut nos ipsum inuocantes exaudiat. et ab hac
temptatione triplici nos defendat. a morta
li corpore nos eripiat. ereptos glorificet. et
longitudine dierum. id est eternitate sua nos
repleat ihesus christus dominus noster. Qui cum patre et spiritu
sancto. uiuit et regnat. Dominica .ii. in .xl.

Reminiscere miserationum tuarum domine que
a seculo sunt. Et libera me de angustiis meis omnibus
meus deus israhel. Mundus iste fratres karissimi.
plenus est angustia et malicia. temptatione
et miseria. in quo nulla est securitas. nulla re
quies. nulla tranquillitas. Miseria namque
est uite presentis peregrinatio. grauis ser
uitus. graue iugum. grauis labor. graue ex xxviii.
ilium. Seruituti enim subicimur. iugo de
primimur. labore conterimur. exilio sepeli
mur. Vere grauis est seruitus ubi libertas
amittitur. nobilitas captiuatur. pulchri
tudo fedatur. et potestas deprimitur. Sed
sunt quatuor genera seruitutis. Sunt enim
qui seruiunt tantum carni. ut luxuriosi. Sunt
qui seruiunt pecunie ut auari. Sunt qui ser
uiunt tantum fame. ut pharisei. Sunt qui serui
unt conscientie ut deuoti. Seruiunt carni.
qui curam faciunt carnis in desideriis suis. quia
nichil est fragilius. nichil corruptibilius. quam ter
ram sapit. et luteis operibus delectatur. que est
carcer spiritus. familiaris inimicus. pondus ani
mi. fomes peccati. Secundum quam homo est qua
si umbra fugiens. fumus euanescens. uapor
ad modicum parens. fluida materia. caduca et
omnibus obnoxia casibus. Sed o summa insi
pientia spiritum in seruitutem redigere. qui natale
solum cupit. et ethereas mansiones. qui est animal
diuinum. ratione pollens. intellectu preminens.

Falso.
in lib° experien
tie legim⁹ et

Sup angelos et archangelos secundam post deum
dignitatem habens. Est enim homo secundum spiri
tum mundi preses, et dominus omnis creature.
Cur igitur in tantam obliuionem deueni
mus, ut nos aliud nichil quam carnem reputa
re uideamur. Quare uoluptas carnis appetitur, et
cum sicut in exemplo uideri potest. tres habeat
comites propter quos magis esset fugienda quam
petenda. Habet enim preambulam anxieta
tem, collateralem breuitatem, et dolorem pe
dissequum. O quam breuis concubitus ho
ra, per quam uita priuatur eterna. O quam
gloriosum quod amittitur. quam graue quod
incurritur, quam uile quod appetitur, quam
infelix commercium. quam stulta commutatio
feda uoluptate ardores mercari sempiternos,
et tabernacula nostra in quibus militare debe
remus. in turpissime captiuitatis domicilia
commutare. Sed nec in hiis militiam cum
miseram seruitutem geramus. et secundum car
nem et sanguinem uiuentes tanquam mortui
a corde sola que carnis sunt sapiamus. Por
ro pecunie seruiunt qui pecuniam sibi magis
tram constituunt, qui plus intuentur aurum
quam solem. qui nichil inde aliud habent quam
quod oculos pascunt, quorum mens auida nec
abstinere nouit a uetitis. nec gaudere conces
sis. qui non possident diuicias sed a diuiciis
possidentur. sollicitudine acquirendi estuant,
timore perdendi pallent et anguntur. Certe
misera est seruitus, ubi cum uita sit breuis
et citum tempus. Sitis est inextinguibilis per
quam uirtutum fit egressus. et uiciorum ingres
sus. et humana societas uiciatur. deus contemp
nitur, et mortis metus in obliuionem uertitur.
inferni pericula non timentur. Certe pauper
tas nature cupiditatis uicium redarguit.
cum nudi de uentre materno procedentes. nu
di in terram reuertamur, nichil in hunc mun
dum deferentes. nichil inde ferentes. O quam
detestanda seruitus ut animal rationale. et
quod dominari in cetera posset. natus homo se
se rei subiciat insensate, gloriam dei mutet in
ydolum, et faciat sibi simulacrum auri et arge

tum. Seruiunt etiam fame. qui gloriam dei non
querunt exsius operibus. sed humano uolunt im
pelli fauore. Malunt ab hominibus laudari quam
celestem gloriam promereri. Securius deum presu
munt offendere, quam seruata conscientia. falso ue
lint opprimi uel crimine timore. Malunt Christo non seruir
re, quam hominibus non placere. De quibus ueri
tas ait. Ve uobis ypocrite qui estis sepulchris
dealbata exterius, plena uero interius mortuorum ossibus.
Simulatores prouocant iram dei. Sed certe mise
rabilis est seruitus. ubi deus qui in conscientia
uidet negligitur, cuius nutu corpus et anima in
gehennam ignis demittitur. sub quo celum tre
mit. et abyssus concutitur. et creatura creato
ri preponitur. At uero qui conscientie seruiunt
hii sunt qui dominum diligunt et timent. qui propter dominum
persecutiones sustinent. et a deo pocius quam ab ho
minibus uideri uolunt. qui cuncta que mundi sunt
despiciunt. et quod mundi despecti sint cu
pere non desistunt. qui uidentes undique an
gustias imminere. malunt mortem sub
ire. quam in contemptum dei uiuentis uiui
re. Et hec dicta de seruitute sufficiant. Vide
amus de onere. Sunt autem quatuor onera.
Onus temptationis. quod est incipientis, et
nouiter conuersi ad dominum. Onus persecutionis,
ut prouecti et perfecti. Onus iniquitatum, ut ob
stinati et impii. Onus necessitatum, ut paupe
ris. et mendici. De primo legitur. Fili accedens
ad seruitutem dei. sta in timore, et prepara
cor tuum ad temptationem. De secundo, Beatus
qui portauerit iugum domini ab adolescentia
sua, et qui persecutionem patitur pro iusticia.
De tercio, Iniquitates mee supergresse sunt
caput meum, et sicut onus graue grauate sunt
super me. Quartum est indifferens. Si enim libe
ter suscipitur parit meritum. Si inuitum fu
erit affert cruciatum. Videamus de labore. Ue
re labor est uita hominis super terram. qui in
dolore nascitur. In labore uiuit. in angus
tia moritur. A luctu incipit. et in luctum fi
nem facit. Contricio et infelicitas in uijs
eius. et per dietas laboris ad stadium perfi
citur mortis. et quot momentis hic uiui

quasi tot passibus ad exitum uadit. In
fantiam ⁊ pueritiam uexant spurcitia
et insipientia. adolescentiā. lasciuia ⁊ ī
constantia. Iuuentutem. ꝑcipitatio. et
petulantia. uirilem etatem. fastus ⁊ ua
na gloria. Senes tenet auaricia ⁊ accidia.
decrepitos uapor ⁊ ignauia. Sicq; fit in
fantia sordida. puericia stolida. adolesce
tia inquieta. iuuentus lasciua. uirilis e
tas superba. senectus auara. decrepita ig
nauia. Certe laboriosa ē presens uita. quā
fastidiosam facit experientia. Fastidit enim
experta. cupit inexperta. Si bene ē homi
ni satietatem continet. Si male anxietatē.
Satietas autē fastidium generat. anxietas
tormentum habet. Nonne igitur grauis la
bor ē in hac uita. que fastidio uł tormento est
molesta. ⁊ tamē omnes diuturnitatē di
ligimus. longitudinē dierū optamꝰ. La
borantiū autem in hac uita quatuor sunt
genera. Est enī qui laborat ⁊ deficit. Ē qui
laborat ⁊ non sufficit. Ē qui laborat ⁊ non
ꝑficit. Ē qui laborat ⁊ ꝑficit. Primꝰ labor
labor uanitatis ē mundane. quo laborat
filius mundi. qui sicut legitur laborat in
uentū. cum transeat mundus ⁊ cōcupiā
eius. cuꝰ uita deficit in dolore. ⁊ anni eiꝰ
gemitibȝ. Secundus labor ē intelligētie.
quo laborat inuestigator scripture. qui nō
sufficit in secretorꝫ cōprehensione. Vn̄ legit̃.
Qui fingis laborem in precepto. Et iterū.
Defecerunt oculi mei in eloquiū tuū. con
fortata est sciā tua ⁊ non potero ad eam.
Tertius labor ē penitentie. De quo legit̃.
In sudore uultus tui uesceris pane tuo.
Quartus ē sustinentie. Vn̄. Laboraui in
gemitu meo. ⁊c̄. Primꝰ laborat ī uentū. ⁊
compat̃ aranee. que se exuiscerat. Scd̄s ad
intellectum. ⁊ comparatur ser̾ e que ē aīal
marinū. alas habens ⁊ uelificans uela ui
dens. Sȝ cū diu naues sequi nō ualeat. fa
tigatū cessat. Terꝰ laborat ad fructū. ⁊
compat̃ formice. que colligit ī estate unde
uiuat in hieme. Sic ⁊ iste congregat dig

nos fructus penitentie. quos ostendat ī
iudicii districtione. Quartus laborat ad p̄mi
um ⁊ ꝑfectionis studiū. et cōparatur bes
tie que portat iugum. et diei estum. ut ꝑ
acto labore consequat̃ pabulū. Consequēs
ē uidere de exilii calamitate. Siquidē mū
dus iste nobis ē exiliū. in quo carcerē hmꝰ
corꝑ humanū. laqueos uō falsas mundi
delectationes. que quinq; corporis nr̄i sensus
illaqueant. ne ad sibi debitas dirigant̃ actio
nes. Exilium inquā est mundꝰ in quo pro
scripti sum̄ a patria celesti. libertate glorie
priuati. possessionibȝ spoliati. et insuper
uulnerati in quo nos affligunt quatuor. et
nr̄am elidunt patientiam. et surripiunt quā
debemus habere sustinentiam. Videlicet
corruptibilis carnis angustie. que sunt dolo
res mortis. temporaliū pressurarū molestie.
que sunt torrentes iniquitatis. occulti hostis
latentes insidie. que sunt dolores inferi. de
ceptorie facies mundane glie. que sunt laquei
mortis. De his dauid ꝓpheta cōmemorat di
cens. Circūdederunt me dolores mortis. et .xxix.
torrentes iniq̄tatis cōturbauerunt me. dolores
inferi circūdederunt me. preoccupauerunt me
laquei mortis. Sed hic uidendum ē quod
sunt quatuor genera exilii. Exiliū. Relega V exules. relegati. inscripti. ⁊ proscripti
tio. inscriptio ⁊ proscriptio. secundum leges seculi
sunt uocati. quos distinguens egregius
uersificator ait. Exul abit sine spe patrie.
reditusq; reiq;. Quisq; relegatus sua cū re
meabit habebit. Inscriptus manet ī patria.
sȝ respoliatur. Amittit proscriptus opes. nō
posse reuerti. Patria nr̄a ē uita eťna. a qua
exulant qui suorꝫ facinorꝫ enormitate de
pressi. ad illam posse reuerti desperant. Hii
sunt qui in regiam maiestatē conspirauerunt.
⁊ de nece summi regis machinationibus
subdolis tractauerunt. qui iterum xp̄m
ī membris suis ⁊ ecclesie sacramentis in corpe
xp̄i patientis. ꝑsequi non desistunt. qui pu
blicos census in distribuendo fraudauerunt
⁊ monetā dei falsauerunt. Iuxta illud. Quod
uni ex minimis meis fecistis. michi fecistis.

Relegantur a patria qui meritis suis malis exigentibus separantur ad tempus a communione ecclesiastica. Qui cum penituerint de peccato et satisfecerint restituuntur fidelium societati et recuperant que sua bona que per peccatum fuerunt subtracta. Inscribuntur autem qui manent in patria sed re spoliantur desiderata. Hii sunt quorum conuersatio in celis est. Sed nondum gloria perfruuntur expectate beatitudinis. Proscribuntur a patria qui corruptione libidinis instigante, castitatem perdunt angelicam. Sed cum per lamenta penitentie fragilitatis humane lapsum correxerint, sine spe recuperande uirginitatis per misericordiam dei possunt ad paradisum remeare. Hec sunt fines karissimi angustie quibus circumdamur et uexamur. Hee sunt amaritudines quibus replemur. A quibus ut liberemur egrediamur de finibus nostris. id est de peccatis que ad finem mortis infinibilis pertrahunt. sicut chananea mulier egrediamur. Vniuscuiusque enim nostrum filia. i. anima male a demonio peccati uexatur. et iacet languida. Deprecemur autem dominum israel. i. recte uidentium. ut reminiscendo miserationum suarum que a seculo sunt. miserationes suas nobis infundat. et demonia nostra ab obsessis locis. s. de corporibus uel cordibus nostris eiciat. Set que sunt miserationes a seculo. Quod angelos ne ruerent conseruauit in celo. quod primos parentes post lapsum uiuere permisit in agro damasceno. quod pereunte humano genere per diluuium. Noe illesum cum uxore filiabus et filiis conseruauit in diluuio. Quod loth eripuit a sodomorum incendio. et ysaac a morte liberauit in sacrificio. quod eripuit iacob a fraterno plio uel incendio. et ioseph a fratricidio + et de carcerali uinculo. Quod in manu moysi et aaron eduxit populum israeliticum de egipto. et perduxit in desertum pereuntibus egiptiis in mari rubro. Quod pauit eos in deserto. educens aquam de petra. et pluens manna de celo. Quod misertus est dauid super adulterio et homicidio. Quod reduxit populum suum de babylonis seruitio. et in terram promissionis reduxit cum gaudio. Quod nouissime misit in carne filium suum pro humano genere redimendo.

+ et ab impudico egyptie adultere gremio.

in quo summa apparuit miseratio. Nam cum esset dei filius, pro nostra salute factus est filius hominis. Decem mensibus ut nascatur expectat in utero. fastidia sustinet. et nudus egreditur. pannis inuoluitur. blanditur et ridet. et cuius pugillo mundus includitur. presepii angustiis continetur. ignobilium parentum paupertate contentus. uerberatur. et patitur crucifigi. et pro crucifigentibus deprecatur. Hee sunt miserationes a seculo. Sunt et miserationes cotidiane quas deus fideli anime facit cotidie. Immissio compunctionis et amaritudinis. odium mali. amor boni. contemptus mundi. despectus sui. Mortificatio carnis. gratia deuotionis. Subtractio oportunitatis peccandi. uirtus resistendi. liberatio ab obprobrio et temptatione. ablatio pene. et perseuerantia gratie. Misericors enim est deus in natura. misericors in exhibitione. Has dei miserationes debemus implorare. et predictas que a seculo sunt in memoriam reuocare. et licet statim non exaudiamur constantes simus in oratione humiliantes nos ex deuotione. et saluatoris dei et hominis fidem quam confitemur ore et nomine teneamus in corde et opere. Pro hiis enim tribus. s. humilitate. fide. et constantia. exaudita est mulier syrophenissa. humilitatem habuit cum se catellis comparauit. fidem mediatoris tenuit. cum eum filium dauid ut sui misereretur exorauit. constantiam possedit. cum licet primo repelleretur et cani comparata audiret filiorum panem. i. iudeorum non esse dandum canibus. id est gentilibus. tamen a prece non destitit. Sed catellos de micis que de mensa dominorum suorum cadunt edere humiliter respondit; sic et nos humilitatem. fidem. constantiam. habeamus. ut de canibus filii efficiamur. Et qui hic micas. i. intelligentiam scripturarum de mensa colligimus. tandem in celesti gloria panem filiorum. panem uite eterne. panem angelorum suscipere mereamur. Ihesum christum dominum nostrum. Qui cum patre et s. s. u. et regnat.

Oculi mei semper Dominica iii in xl. ad dominum quia ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me et miserere mei quoniam unicus et pauper sum ego.

Milicia est uita hominis sup̄ t̄ram. q̄m mul
tis inimicorum agminibȝ homo circumdatur.
et ī medio laqueorum discurrit et uertitur. Fre
mit enim corpus. fremit mundus. insidiatur
dyabolus. Caro namque domesticus hostis laq
os suos tendit. dum primos concipiē motus conci
pit. uoluntatē pariit. ad con sensum pertrahit. delecta
cionem nutrit. oportunitatē querit. actionē
perficit. et in desideriis suis marcescit. Simi
liter septem laqueis hostis sophisticus. i. mun
dus illaqueat. et innectit. Primo enim falsa l. la
bentium rerum delectatione nos allicit. falla
ces diuicias pretendit. ad fugitiuos honores
trahit. et felicitatē quā non habet spondet et
promittit. et sic nos in nimiam negligentiam trahit.
per negligentiam in obliuionem faciendorum pertra
hit. per obliuionē in curiositatē non pertinentium
deducit. Curiositatē sequitur oculorum concu
piscentia. de concupiscentia in consuetudi
nē attrahit. De qua ī contemptū nos de
icit. de contemptu in affectum malicie.
et delectationem peccati nos pertrahit. Et sic ne
gligentia nos tardat. obliuio impedit. curiosi
tas trahit. concupiscentia ligat. consuetudo ob
durat. contemptus precipitat. delectatio peccati
ī carcere desperationis incarcerat. Antiquus
uero hostis cui mille nocendi sunt artes. decepti
onis sue spargit pedicas. Cum enim aliquis sit le
tis moribus. alius tristibus. alius timidus. alius
elatus. Letis. quoniam uicina ē uoluptas. luxuriam
proponit. tristibus autem quia tristia ex facili in iram
uertitur. discordie poculum porrigit. timidis
quoniam pauent terrores intentat. Elatos. quoniam eos
laudibus extolli conspicit. blandis fauoribus tra
hit. Si autem ab homine illum exire contigerit.
uel per baptismi graciam. uel penitentie uirtutē.
ambulat per loca arida et inaquosa. i. fidelium
corda. igne sancti spiritus solidata. et a fluxu carnalis
concupiscentie segregata. Reuertitur ad propriam do
mum. de qua coactus exierat. Et cum illam ua
cuam. i. negligentem. scopis ——— tam. i. de[st]
sacramentis et doctrinis mundatam. et orna
tam uirtutibȝ falsis inuenerit. Assumit sep
tem spiritus nequiores se. qui sunt spiritus superbie. spiritus

uane glorie. spiritus inuidie. spiritus auaricie. spiritus ac
cidie. spiritus gule. spiritus luxurie. que peccata quia
post baptismum et penitentiam fiunt. grauiora prioribus
fiunt hominis illius nouissima. Hii sunt la
quei et nexus inferni. quibȝ oculi suffocantur. et
pedes illigantur. et manus connectuntur. ne deum uide
amus. ne ad ipsum redeamus. et ne illi seruia
mus. quem uidere. ad quem ire. cui seruire debemus.
Dedit enim nobis duos oculos. s. cogitationem et ra
tionē. ut ipsum cogitando et discernendo siue
intelligendo conspiciamus. Dedit nobis duos
pedes. s. uoluntatem et desiderium. ut ipsum uelimus
et desideremus. ut hiis affectibȝ tanquam pedibus
ad ipsum amplectendum procedamus. Dedit nobis
duas manus. leuam. s. temporalium bonorum qua prox
imos indigentes sustentemus. et dexteram scrip
turarum et uirtutum. qua ruentes subleuemus. et ad
uitam glorie perducamus. Sȝ sunt qui uident et
ambulant et ministrant. ut qui deum intelligunt.
uolunt et opera pietatis facere non desistunt. ut
religiosi et pii. Alii uident et uolunt. sȝ non mi
nistrant. ut religiosi auari. Alii uident. sȝ nec
uolunt nec ministrant ut curiosi. Alii non ui
dent. sȝ uolunt et ministrant. ut simplices layci.
Alii uolunt. sȝ nec uident. nec ministrant. ut
peccatores pii. Alii ministrant. sȝ nec uident. nec
desiderant. ut ypocrite falsi et timidi. Alii qui
nec uident. nec ambulant. nec ministrant. ut
impii. Quorum oculi sunt lippi . albuginosi. ca
liginosi. maculosi. quorum pedes sunt inquinati.
tardi. distorti. nutantes et infirmi. quorum uero
manus sunt leprose. aride. dissolute. et curue. Lip
pitudinē in oculis habent. qui carnalem sensum cogi
tant et querit. Albuginē habent. qui ī cogitatione et
intelligentia superbiens euanescit. Caliginē habent.
qui male cogitat. et peruerse intelligit. Maculam.
qui malo consentit. et approbat. et extollit. Pedes habent
sordidos qui luxuriat ī uoluntate et affectu. per car
nalem concupiscentiam. Tardos per negligenti
am. distortos per precipitationē. nutantes per con
sensionē. Leprose sunt manus. cum bona temporalia et bo
na spiritualia exercent per uanam gloriam. Aride. quan
do per cupiditatē. Dissolute et tremule. cum agunt
propter pene formidinē. Curue. cum bona retinent

Marginalia: x rex exinior et ad nos — x per quos re quem et non inueneris — xxx

p auaritiam. Quorundam enim pedes tantum id est affectus
illigantur cum in eis mala uoluntas sine operis
executione nascitur. Aliorum manus. i. operatio
nes nectuntur dum male uoluntati malum opus
superadditur. Vnde legitur. ad alligandos reges
eorum in compedibus et nobiles eorum in manicis ferreis. Alii laqueo suspen
duntur quibus uisus. auditus. loquela et spiritus
subtrahuntur qui per demonium. cecum et surdum.
et mutum figurantur. Qui dum uidere audire loqui
bonum despiciunt. spiritum sanctum repellunt et inmundo
spiritui locum habitationis offerunt. Vt igitur ab his
peccatorum laqueis euellamur oculos semper ad do
minum directos habeamus unitatem corde.
opere et ore teneamus et spe paupertatem propter
regna celestia diligamus. Vere directos ad deum
oculos habere debemus non in terrenum deflexos
elementum sicut qui oculos suos statuerunt decli
nare in terram. Declinantur autem quatuor
modis, Ante per seculi uanitatem. Vnde legitur. Au
te oculos meos ne uideant uanitatem. Retro per
preteritarum delectationum concupiscentiam. Vnde
apostolus, oblitus posteriorum in anteriora me exten
do. Item a dextris per prosperitatem. et a sinistris
per aduersitatem. Vnde salomon. Non declines ad dex
tram neque ad sinistram. Ante declinauit oculos
dyna filia iacob. quando exiuit uidere filias re
gionis aliene et corrupta est a Sychen rege. Re
tro. uxor loth suos declinauit oculos et loth ascen
dente ad montana uersa est in statuam salis. A
dextris declinant cupidi. A sinistris pusillani
mes et timidi in quibus operatur mortem tristi
cia huius seculi. Erigamus ergo oculos ad dominum non ad
lucrum. non ad terrene seruitutis obsequium et semper
i. cotidie. ac sine intermissione ne si deflexerimus
eos ad illicita corrumpamur a demone. Qui autem
sunt isti oculi. Duo exteriores et duo interiores. Ex
teriorum hoc debet esse ministerium ut nunc sursum
ad cognoscendam metuendamque dei potentiam ex
tollantur. Aliquando uero ad preuidendas suble
uandasque necessitates pauperum deflectantur. Qui
enim auertit oculum a paupere deus auertitur
ab illo. Et qui celestibus relictis ad infima et caduca
uisum deicit et eorum sordibus se inuoluit insi
pientibus iumentis efficitur similis. Vnde

propheta. Homo cum in honore esset non intellexit et cetera.
Hunc honorem egregius ille uersificator explicans
ait. Pronaque cum spectent animalia cetera terram.
Os homini sublime dedit. celumque uidere. Iussit
et erectos ad sidera tollere uultus. Interiores autem
oculi sunt. amor et timor. Quorum dexter. scilicet amor
semper directus esse debet ad dexteram. i. ad patriam
et sinister ad sinistram. scilicet timor ad gehennam.
Amor ne desperet per timorem timor ne presumat
per amorem. Possunt et aliter distingui secundum duas
uitas isti oculi. Cum enim contemplatiua uita
sit interior et spiritualis. Actiua autem exterior et corpora
lis utraque septem insignitur oculis, Contemplatiue
uite sunt hii oculi. Labentium rerum consideratio.
celestis patrie digna estimatio. infirmitatis hu
mane comprehensio. dignitatis proprie inuestigatio. pre
teritorum malorum recordatio. beneficiorum dei in men
tem reuocatio. perfecta celestium secretorum cognitio.
In primo oculo debet esse contemptus scilicet ut considera
ta uniuerse rei que sub celo est uanitate. terre
na desideria contemp[...]namus et mundum cum
eius concupiscentia diuino obsequio postponamus.
In secundo oculo debet esse celestis regni desiderium sicut et
in primo. scilicet regni terreni fastidium ut que sursum sunt
sapientes non que super terram. melioris bonis esti
matis ea toto mentis nostre desiderio contemplemur.
In tercio debet esse uirtus humilitatis. Nam ex quo
fragilitatem nostre carnis recognoscimus humili
are nos sub deo debemus quem per superbie elatio
nem imprudenter offendimus. In quarto debet esse
symulachrum rationis. per quam homo spiritum intra se
comprehendit. corpus regit et ea que exterius sunt dis
cernit et diuinam ymaginem in se recognoscit. que si
in ipso deformata fuerit totis euitatur uiribus ut ad
statum prime redeat dignitatis. In quinto debet
esse cordis compunctio. eo quod homo non fecerit quod
fieri oportuit. In sexto debet esse gratiarum actio pro
acceptis a deo beneficiis per absolutionem culpe et col
lationem gratie. In septimo debet esse amoris iocun
da fruicio ut deum cognitum diligamus et dilecto
perfruamur. Porro actiue uite debent septem
prominere oculi scilicet compositio morum. rerum bo
narum malarumque discretio faciendorum uigilantia. temporalium
sollercia litterarum doctrina. mandatorum dei custodia.

[margin:] et quod egerit quod ipsum agere non oportuit.

orationis, per congregatione corporis xpi .i. ecclesie
sollers instantia. In primo oculo qui dicitur mo
rum compositio duplex esse debet ornatus: interior
et exterior. Interior in uirtutibus consistit: qui signi
ficatur sacerdotalibus uestibus. de quibus legitur. Sa
cerdotes tui induantur iusticia. Exterior autem spiritualiter
dicitur uerecundia: cuius officium est in uerbis et gesti
bus honestatem seruare. Gestus consistit in habi
tu et incessu. ut nec nimis sordidas uestes nec nimis
splendidas induamus: et non lasciuo gressu. nec ni
mium dissoluto incedamus. Nam in compositio
corporis qualitatem indicat mentis: et impudicus
oculus impudici cordis est nuncius. Verecundia autem
uerborum in .vii. attenditur. scilicet ne detrahas. ne commissa
detegas. ne secreta nature propalare. ne malefacta
laudibus efferas. ne delicata seueris adiungas.
ne secreta percunctando extorqueas: ne iurgiose con
tendas. Nam contra parem contendere anceps est.
contra superiorem furiosum. contra inferiorem sor
didum: contra ebrium uel fatuum sordidissimum.
Secundus uero oculus qui dicitur discretio, consistit in
memoria preteritorum. in intelligentia presentium.
in prouidentia futurorum. in circumspectione contra
uicinitatis uiciorum: in cautione simulationis corporis.
Nam sepe uicia se uirtutes esse mentiuntur. Ter
cius oculus qui dicitur faciendorum uigilantia.
consistit in defensione pauperum. in releuatione
oppressorum. in tuitione uiduarum et orphano
rum. in gubernatione ecclesiarum. et ibidem ser
uientium. in receptione hospitum: in regimine
proprie familie. In quarto oculo qui est tempora
lium sollertia debet esse diligens inquisitio. ut
sit sollicitus. Rerum distributio: ne de auaricia
redarguatur. Regularis diuisio: quia in uno eodemque
officio non debet esse dispar professio. Spiritualis
et non corporalis dispensatio. ut causam prestet na
tura non propinquitatis gratia. moderata colla
cio: ut adinstar humane compositionis singu
lis singula distribuantur officia. In quinto oculo.
qui dicitur litterarum doctrina: hec sunt atten
denda, Vita. quia cuius uita contempnitur. restat ut
eius predicatio contempnatur. Item scia. Nam
docere quod nescias temeritas est. Vnde Sap.
Bibe tu prior de cisterna tua: et post fontes tui

deriuentur foras. Item. Quid doceas. Nam docere
quod non oportet. curiositas est. Item. Quibus pre
dices. Nam uicium animi est. indignis secreta
uulgare. Item. Cur instruas. Nam si propter deum.
pastor es: Si propter seculum. mercennarius. Item. Qua
liter. scilicet ne hec agas importune. Nam uir qui fluxum
um seminis patitur inmundus erit. et ne ubi
uel quando non oporteat: quia tempus est tacendi.
et tempus loquendi. Sextus oculus qui dicitur cus
todia mandatorum circa prohibitiones uertitur et pre
cepta: ut faciamus precepta. declinemusque pro
hibita. Septimus autem oculus qui dicitur oratio. debet
aperiri per amouendis malis: et adipiscendis bonis.
Hii sunt oculi quos semper ad deum extollere debe
mus: ne si auersa luce declinant. tenebrarum ob
scurentur caligine. Preterea debemus esse unici. non per
hereses et scismata distracti. non pluralitate [illegible]
[illegible] dignitatum personati. nec officiis multis
aut negociis inuoluti. Sed corde. ore. et opere. unice
debemus unici. quia unus est deus. una fides.
unum baptisma. unus sanabatur in piscina. et
uno cubito consummata est archa: una est ecclesia.
et una est uita eterna. Vere cordis unitas est neces
saria: quia non impetrat mens diuisa. Diuidit
autem per stultas et lubricas cogitationes: uanas. affec
tuosas. tumultuosas. presumptuosas. et iniquas.
Similiter oris debemus habere unitatem. Nam
qui custodit os suum custodit animam. lingua uero fal
lax non diligit ueritatem: et os lubricum operatur
ruinam. Item. Que unici in opere ut ad finem uite
eterne dirigantur actiones nostre. Nam sicut ait
ecclesiasticus. Ve duplici corde et labiis scelestis: et
peccatori terram ingredienti duabus uiis. Non habe
bit enim requiem: et adiciet ad peccandum. Vnde
Sap. Fili ne in multis sint actus tui. Et iterum mo
yses cum ipsum uisitare uenisset: et quam pluribus
negociis inuolutum aspexisset ait. Partire onus
tuum in plures: et deus erit tecum. Similiter
paupertatem debemus appetere. ut animum nos
trum liberemus a laqueis et furore. Sola enim
hec uirtus est que per despectum diuiciarum terrenarum
dampnatur: et adeo beatificata. Regnum dei nancis
citur: quam qui fugit seruus efficitur. Vnde ait
horatius. Siquis pauperiem metuit potiore

.xxxi.

+
vigilans et sp
tio ut opera
ritatis ne
cessitatis [illegible]
ta non [illegible]
diar

metallis. Libertate caret. dn̄o nec ſeruiet uni.
Seruiet eternum. paruo qui neſciet uti. Sunt
autem quidam pauperes rebus. et non ſpiritu.
quia non ſunt humiles licet ſint indigentes.
Alii diuites rebus. et pauperes ſpiritu. Qui et ſi diui
cie affluant cor non apponunt. Sed in operibus
pietatis expendunt. Alii pauperes rebus et ſpiritu.
Qui prius renunciauerunt uolu
tatibus. Qui terrena non cupiunt. et paup
tatem diligunt. Quibus ſua ſufficiunt. Hic 3
eſt igitur triplex funiculus qui facile non rumpi
tur. Oculus contemplationis. unitas carita
tis. et uirtus paupertatis. Quo ſi accincti fueri
mus. laqueos carnis. mundi. et diaboli tran
ſiliemus pede leto. et ueloci. recto. et ſtabili. Quod
preſtare dignetur nobis ihesus xpistus dominus noster. Qui cum
patre et ſpiritu sancto uiuit et regnat. Dominica IIII in xl.

Letare ierusalem. et conuentum facite omnes
qui diligitis eam. gaudete omnes ut replea
mini ab uberibus conſolationis ueſtre. Seden
tibus nobis karissimi fratres ad menſam domini. que
ſcriptura dicitur. panes quatuor quibus debe
mus refici apponuntur. qui ſunt ſcripture qua
tuor intellectus. Hiſtoricus. allegoricus. mora
lis. et anagogicus. Eſt autem hyſtoricus quo hiſ
torie ueritas prout res geſta eſt accipitur. quo ru
des et minus intelligentes tanquam paruuli
lacte nutriuntur. Allegoricus autem intellectus.
eſt a litterali ſuperficie alienus. Aliud enim eſt
in ſuperficie. et aliud reſultat in ſecreto intelligen
tie. ut de ſponſo et ſponſa. xpisto et eccleſia. Mora
lis uero pertinet ad inſtructionem morumque
edificationem. Anagogicus autem eſt ſupre
mus de excellentia intellectus trinitatis.
Morali debent incipientes inſtrui et nutri
ri. Allegorico proficientes et prouecti. Anago
gico. conſummati et perfecti. De hac itaque men
ſa domini. que in introitu miſſe hodierno
die nobis apponitur. Hos quatuor eliciamus
panes. id est intellectus. Siquidem quo ad hiſ
toriam. Nabuchodonoſor rex babylonis ciui
tatem ierusalem obſedit. et deſtruxit. Iudeorum
populum in captiuitatem babylonicam duxit. ubi
lxxa. annis detentus habitauit. lxo. id est autem captiuitatis
ſue anno. occupante babyloniam rege perſa
rum cyro. data eſt ei libertas redeundi. ad quod
populus qui ſuper flumina babylonis ſederunt et
fleuerunt dum recordarentur ſyon exultauit.
Et ideo hac die dominica que eſt ſeptima a prima
dominica. lxxe. totum officium miſſe de leticia eſt.
per quam repreſentatur hebreorum leticia quam ha
buerunt ſeptima decade annorum a cyro de li
bertate redeundi ſibi conceſſa. Inchoatur autem
lxxa. in dominica. qua cantatur. Circumdederunt
me. et terminatur in ſabbato in albis quod
eſt poſt paſcha. Dicitur autem lxxa. eo quod ſepties
decem dies contineat. per quam dierum ſeptu
ageſimam repreſentatur ab eccleſia. lxxta. annorum
quibus filii iſrahel ſub ſeruitute babylonica
detenti ſunt. Qui poſtmodum data ſibi a cyro
anno lxo. redeundi libertate letari ceperunt.
et organa que in ſignum doloris ſuſpenderant
reſumpſerunt. Et nos quoque in ſabbato paſcha
li alleluia cantamus. repreſentantes illorum leti
am. et redeundi licentiam. Et quia illi in appara
tu reditus. et collectione ſarcinularum ſuarum
multum laborauerunt. Et nos quoque poſt alleluia
ſtatim tractum ſubicimus. scilicet Laudate dominum.
per quem labor ſignificatur. Illi cum leticia rede
untes labore itineris uexabantur. Et nos per
totam paſchalem ebdomadam graduale cum
alleluia canimus. Deinde illi patriam intrantes
plenam ſuſceperunt leticiam. Et nos in ſabbato
quo lxx. finitur. duplex alleluia canimus. In ſep
tima igitur etate per xpistum ſumus redempti. et red
dita nobis innocentie ſtola per remiſſionem bap
tiſmi. Unde in ſabbato paſche alleluia canitur. Sed
finito exilii noſtri tempore. utraque ſtola decorabi
mur. quod duplici alleluia indicatur. quod in fine
lxxe. decantatur. Eſt igitur ſecundum anagogicum
ſenſum ierusalem ciuitas celeſtis. ciuitas ſecurita
tis quam obſedit dyabolus cum in deum ſuperbiuit.
cum parentes primos uirulentis ſuggeſtionum
armis de paradyſo expulit. et cum quibus huma
num genus in carcerem pene et culpe deiec
tum. ſub iugo ſue captiuum detinuit ſerui
tutis. donec uerus cyrus id est xpistus in mundum ue
niens. et pro nobis mortem ſuſtinens. a capti

uitate dyaboli nos liberans. libertate redeun
di in patriam nos donauit. Quod illa uox an
gelica demonstrauit. cum nato domino ce
cinerunt angeli. Gl'a in excelsis deo & in ter.
pax homi. bo. uo. Et quoniam in presenti sto
lam unicam. s. resurrectionem anime a pec
catis recipimus. g ia, unu tantu all'a cani
mus. Sz finito tempore. quod his septem
diebus reuoluitur. duplex all'a pro duplici
stola cantabimus. quando in corpore & ani
ma glorificabimur. Hec est igitur illa ierl'm
celestis. ciuitas securitatis. urbs fortitudinis.
edificata lapidibus preciosis. s. carbunculis
martyrum. jaspidibus confessorum. margaritis
uirginum. & pirropis angelorum. cuius xpc est funda
mentum. murus. porta. turris. & propugnacu
lum. per quam belua uel inmundus non habz
transitum. Hec est ciuitas que non parit.
nec parturit. quoniam non est in ea pena aliqua.
ubi perhennis est leticia. Sz intra sua, ubera recipit.
quos militans ecclia in fide operante per dilecti
onem peperit. Sunt autem septem eius ube
ra. Gl'a inmortalis. uita infinibilis. leticia
indefectibilis. securitas eterne possessionis.
cognitio secreti celestis. idemptitas uoluntatis.
fruitio diuinitatis. Hec ciuitas mater nra
dicitur deserta. non a sponsi dilectione. Sz con
ceptione & parturitione. Que cum deser
ta foret ante dni aduentum. postea locupleta
ta extitit animabus fidelium. Nunc enim
ascendunt ad celos. qui descendebant ad infe
ros. Triplex autem est huius ciuitatis conuentus.
angelorum. uirorum. mulierum. qui in domo
unius moris manentes. consolationis sue
replentur uberibz. Porro secundum allegoricum
intellectum ciuitas ista ierl'm. que inuitatur
ad leticiam. Militans appellatur ecclia. que
constat ex uiuis lapidibz. politis & radiosis.
in xpo petra fundatis. qui sunt fideles & elec
ti. uiui uita gracie. politi mundicia conscie.
Radiosi radiis operationis bone. Fundamentum
huius ciuitatis patriarche posuerunt. apli mu
ros erexerunt. martyres turres edificauerunt.
expositores scripture sacre. & defensores fidei
propugnacula produxerunt. a quibz dependet
mille clipei sententiarum. Cementum fuit ex
liquore martyrum. & sabulo confessorum. qui ter
renam facultatem reputantes puluerem. cuncta
pauperibz prebuerunt. & ex calce uirginum que per
candorem castitatis. & calorem dilectionis calcem
deo obtulerunt. carnali resistentes uoluptati.
Quatuor sunt porte principales huius ciuitatis.
quatuor professiones fidei. Prima est contemplatio
summe trinitatis. que est porta ad orientem. ad
quam pertinet consubstantialitas. coequalitas perso
narum. & coeternitas. innascibilitas patris. Ge
neratio filii. processio spc sci. Secunda porta est miste
rium diuine incarnationis. que est porta me
ridionalis. Vnde dns ab austro ueniet. ad quam
spectant conceptus ac partus uirginis. Natiui
tas saluatoris doctrina predicationis. miste
rium crucis. passionis. mortis. resurrectionis.
& ascensionis. Tercia est uinculum ecclastice comu
nionis. que est porta aquilonaris. quoniam aduersus
eam. ab aquilone panditur omne malum. Ad hanc
pertinent ecclastica sacramenta. ut sint uera. firma. &
salutifera. & extra ecclesiam irrita. Quarta est xxvi
miraculum nre resurrectionis. que est porta oc
cidentis. quoniam in fine seculi. tanquam in occidente
resurgemus miraculose. Ad hanc pertinent resur
rectio corporum. futurum iudicium. separatio ouium.
& hedorum. maledictionis supplicium. & benedictio
nis premium. Janitores huius ciuitatis sunt.
austeritas legis. & rigor canonice seueritatis.
Primus tenet baculum. & comminatur supplicium
mortis. Alter tenet uirgam. & comminatur sen
tentiam depositionis. Lex inhibet ne tales in
trent homines. cecus non habens lumen ueritatis.
claudus per uiam iusticie recte non gradiens. Item
paruo uel grandi. uel torto naso. i. discretione
non utens. Item fracto pede. i. in fide uestigium
non habens, uel aliquam ponens. Item mancus bona opera non
faciens. Item gibbosus sarcinam peccatorum portans.
Item lippus in intelligentia sana caligans. Item
albuginem habens in oculo. i. bone intentioni arro
gantiam miscens. Item iugem hns scabiem. i.
feruore libidinis pruriens. Item impetiginem in
corpore hns. i. lucri auaricie studens. Item ponde

rosus. i. turpi cogitatione ad terram defluens.
Alter autem ianitor. i. rigor canonū phibz neo
phitum. impudicū. indoctum. inhospitalē. inpru
dentem ī rebus agendis. inornatū moribz exte
riꝫs. pcussorem. litigiosum. negligentē. inni
sobrium. cupidum. ꝛ bigamiū. Predicta uō
capitula conueniunt clericis ꝛ laycis. Sed
eorum que ponit apls. quedam tantū intelligū
tur de pastoribus ꝛ prelatis. ut quod de neo
phito dicit ꝛ bigamo. Inconueniens enim ē.
ut qui heri fuit cathecuminus hodie sit pastor
ꝛ p̄latus. heri in theatro. hodie in eccla. Et q
ī uespe fuit fautor histrionū. hodie sit consecra
tor uirginū. quod eccle sit sponsus. qui plurium
uxorum extitit coniugatus. ꝛ quod alienam
regat ecclesiam qui nescit gubernare domesticā.
Ciuitatis huius uigiles sunt sci predicatores. qui
ad uespam fidei patiunt famem ut canes. ꝛ
circueunt animarum ciuitates. Quorum
tube sunt uerba scripture que excitant pigros.
ꝛ hortantur sollicitos. instruunt indoctos. ꝛ
consolantur mestos. Quarū quedam sunt cornee.
dum sicut cornu carnem excedit. ita monent
que sunt carnis non sapere. Sꝫ in bonis spua
libus pmanere. Alie sunt auree. que de xpi
bucinant diuinitate. Alie argentee. que de xpi
psonant humanitate. Milites sunt qui pro
xpo psecutiones sustinent. arma sunt sententie
quibz hostium repelluntur insidie. Huius ciuitatis
sunt tres conuentus. qui p Noe. Daniel. ꝛ Iob. fi
gurantur. Primus est in lecto quietis ꝛ contempla
tionis. Scds ī agro regiminis ꝛ predicationis.
Tercius in mola mundane uolubilitatis. Hy
licet uarietate ordinū sint distincti. tamē in
ecclastica debent unitate conuenire. ut unius
dei fidem habeant. unius uite eterne spem tene
ant. et adinuicem in uinculo caritatis se dili
gant. Ciuitas hec habet septem ubera conso
lationis. que sunt septem sacramenta nre
redemptionis. Natiuitas saluatoris qui nasci
uoluit. ut mortuos per culpam nasci faceret
p gratiam. Item baptis. Baptizari enī uoluit.
ut omnimodam culpam subtraheret baptizatis.
Itē passio. p quam celi ianuam nobis aperuit.

Item descensus ad inferos. ad quos descendit.
ut uinctos educeret a tormentis. Item resurrec
tio. Resurrexit enim ut cum ipo consequeremur
gloriam resurrectionis. in presenti a uicijs. in futu
ro a corruptione corporis. Item ascensio. Ascendit
enim ut nos faciat exaltari. Item aduentus iudi
cij. ad quod ueniet ut iudicet paupes suos. super
oppressores. Ab hac ciuitate pegrinantur sub na
buchodonosor rege. qui peccatis suis exigentibz
separantur ab ecclastica unitate. Que letari pcipitur.
cum peccatores libertate gratie recupata ad sinū matris
eccle reuertuntur. que tempore legis miraculi uir
tute non peperit nec parturiuit. quia conatum
pariendi non habuit. huius quondā deserte a par
tu plures sunt spuales filij. quam eius que habebat
uirum. i. synagoge. que carnali generabat seruitute.
non scdm spm. Iudei enī seruiebant. ut sub ficu.
sub castanea. sub oliua recubarent. Consequens
est ut postquā anagogicū panē ꝛ allegoricum sus
cepimus. ꝛ morali pane reficiamur. Potest enī
ꝛ hec ciuitas fidelis anima nuncupari. que ideo
dicitur ierlm. quia uidet p fidem deum. qui ē sum
ma pax. quē celestis ierlm uidet p speciē. Videre
autē p fidem est uidere p speculū. Sicut enim
aliquis uidens in speculo hominē post se uenien
tem. nō uidet uerum eius ymaginē. sꝫ simili
tudinē. qui si uultū suum ad uenientem retro
se conuertit. uidet uerum eius faciem. Sic ī uia
uere non comprehenditur deus. Sꝫ cū ad ipm
post hanc uitam conuersi fuerimus. facie ad
faciem ipsum uidebimus. Hec autē ciuitas dm
habet sui fundamentū. qui uita ē aīe. sicut
ꝛ anima uita ē corporis. Murū uero corpus huma
num. Turres uires naturales. que sunt racioña
bilitas. cui custos preficitur fides ut ipam coh
erceat. Concupiscibilitas. cui pponitur spes. ut spe
randa. s. que nō uidentur concupiscat. Irascibili
tas. quā custodit caritas. ne contra bonū ferue
at. Propugnacula uero sunt. oratio. ieiuniū. ꝛ
elemosina. Oratio. repellit insultus infidelitatis.
Ieiunium spm gule reprimit ꝛ fornicationis.
ne induant uicia desperationis. Elemosina. te
lū cupiditatis. Porte huius ciuitatis sunt quatu
or sensus corporis. que patere debent deo. ꝛ obse

ut oriente

rari dyabolo. Visus ad orientem) ex alto. i. xpm
uideamus. Auditus ad meridiem. ut austrum
flantem. i. spm scm audiamus. Gustus ad occiden
tem. ut temporalia ad necessitatem gustemus non ad
subuersionem transglutiamus. Odoratus ad sep
tentrionem. ut boreales flatus. i. dyaboli deceptio
nes odoratu prudentie discernamus. et sic mortem
fugiamus. Janitores sunt. Amor sapiens. et timor
obseruans. Huius ciuitatis tres esse debent conuen
tus. mundarum cogitationum. sanctarum af
fectionum. et bonorum actuum. Jtem septem v
bera consolationis. integritas confessionis. ue
ritas penitentie. Amor obedientie. obseruatio manda
torum dei. fortitudo in pressuris. contemplatio ue
ritatis. desiderium uite melioris. perseuerantia
bone actionis. Hec debz esse deserta ab amore
mundi. a patre dyabolo. a matre concupiscentia.
O beata hec sterilis que spinas et tribulos peccato
rum nec parit nec parturit. cuius plures sunt filii.
i. boni actus et affectus. quam illius anime cuius spon
sus est hic mundus. Hanc euertit dyabolus cum
ad solum uirtutum edificia redigunt. sicque in ba
bylonem. i. in confusionem peccatorum captiuus
homo deducitur. qui super flumina babylo
nis collocatur. dum in fluxu concupiscentiarum
demoratur. In salicibus organa suspendit. dum
propter infructuosam uitam in diuinis laudibus
obmutescit. Cum tamen syon flendo recordatur. dum
de sua captiuitate et anime subuersione compungi
tur. Sz a cyro libertatem consequitur. cum per xpi
gratiam a iugo peccatorum absoluitur. Sicque in patri
am redit. dum prioris sanitatis mansionem re
capit. Sz sunt qui subtus flumina babylonis
remanent. ut obstinati. Alii inter flumina. ut
coniugati qui in fluxu fluunt huius seculi. Alii
super flumina ut actiui quorum quidam inmer
gunt pedes ut cupidi. Alii eius maculam non
contrahunt ut caritatiui. Alii sunt extra flu
mina ut contemplatiui. Nos igitur fratres karissimi
ciuitatem domesticam que est anima sic incolamus.
ut per ciuitatem defensionis que est sancta ecclesia
ad ciuitatem securitatis que est uita eterna.
peruenire ualeamus. recepturi septem consola
tionis illius ubera in eo qui est xps ihc dns nr.

Qui cum patre et spu sco uiuit et regnat d. Per o. s. s.

X ps assistens pon *Dnica .v. in xl.*
tifex futurorum bonorum. per amplius et perfecti
tabernaculum non manufactum introiuit in sca.
Locuturi fratres karissimi de tabernaculo dni. per
quod in sca scorum introiuit. Tria distinguimus
in hoc loco tabernacula. quam distinctionem presen
tis exigit sermonis instantia. Primum manu
factum et terrenum quale fuit moysi in deserto. A
Secundum celeste et diuinum. Sicut ecclesia xpi in celo
et in terra. Tercium est humanum quod est homo fac
tum est primum ad preceptum dnicum. ut per figuras
exprimatur. qualiter ad cultum dei fidelis populus
instruatur. Fuit autem ex lignis sethim compac
tum. de pylis caprarum et pellibz arietinis coop
tum rubricatis et pellibz iacinctinis. purpura
quoque et bysso. et cocco bis tincto. ex argento. et
auro decoratum. habensque .xxx. cubitos in longitu
dine. x. in latitudine. et totidem in altitudine.
distinctumque erat uelo de iacincto et purpura.
cocco bis tincto. et bysso retorta. pendebatque an
te quatuor columpnas tabernaculi dicti sancta
scorum. Reliqua pars tabernaculi dicebatur scm. ·xxxiii·
Erant autem columpne de lignis sethim deau
rate. quarum capita erant aurea. et bases enee.
In primo erat candelabrum de auro purissimo.
in quo ab hastili medio sex brachia procedebant.
Tria ex parte una. et tria ex alia que erant aurea. Erat autem in unoquoque
✗ Erant autem hec brachia sic in stipite locata. quod hastili primum cala
inferiora magis ab eo fuerunt remota. media mi ayrei secundo ci
uero aliquantulum propinqua. Suprema satis erant phi. tercio sperule.
uicina. Omnia tamen ad equam lucernarum positio quarto flores lilii.
nem peruenientia. Hoc igitur candelabrum in au tandem lucernarum
strali parte positum recta fronte lucebat ad supportio. et hec
mensam que erat in parte septentrionali in eodem omnia erant in hasti
tabernaculo post introitum. ante quam erat uelum li medio. ✗
in quinque columpnis suspensum. Erat autem men
sa de lignis sethim dicta mensa propositionis.
eo quod super eam septem panes positi erant. et
altrinsecus collocati. et de simila facti. qui om
nes singulis mutabantur sabbatis. Si uero an
te sabbatum aliquis erat necessarius sumi non po
terat. nisi alius illi substitueretur. Super panes
singulos erant patene auree. et in singulis pu

gillus thuris purissimi. de quo sumebant sa
cerdotes incensum oblaturi. postquam crema
uerant carnes in altari exteriori. quod erat
ante fores sub diuo. de quo suscipiebatur ig
nis ad adolendum thus ad altare incensi quod
erat extra uelum in tabernaculo exteriori.
Porro in interiori tabernaculo erat archa tes
tamenti de lignis sethim. undique intus et ex
terius cooperta auro. duos cubitos et dimidium
habens in longitudine. unum et dimidium
in latitudine. et tantumdem in altitudi
ne. Super quam erat tabula eiusdem longitudinis dic
ta propiciatorium. eo quod ibi apparens moysi
deus cum interpellabatur ostensione sui se ei
monstrabat propicium. Super hanc tabulam
erant duo cherubin alata. et propiciatorium
tegentia. seseque uersis in propiciatorium uulti
bus mutuo respicientia. In hac archa uir
ga aaron erat cum urna et manna. et tabu
le testamenti. cui affixi erant quatuor anuli
~~erant~~ aurei. duo hinc et duo illinc. unde
uectes mittebantur ut semper apta esset portari.
Offerebatur autem incensum in tabernaculo fac
tum ex quatuor pigmentis odoratissimis. scilicet
stacten. onicha. galbano. et thure lucidissimo
que terebatur in mortariolo. dicebaturque talis thimiamata
confectio. Erat et labrum factum de speculis muli
erum in exteriori tabernaculo. in quo sacer
dos inspiciebat faciem suam. ac lauabat pri
us quam ingrederetur ad ministrandum domino.
Et licet in priori tabernaculo sacerdos coti
die intraret. non tamen in secundo. quod solus
pontifex intrauit semel in anno scilicet cum san
guine quem offerebat domino. qui erat uitulorum
et hircorum cum aqua et lana coccinea et ysopo. et
hoc sanguine fiebat super librum et populum aspersio.
Et hec dicta sufficiant de primo tabernaculo.
Secundum uero tabernaculum dicitur sancta ecclesia secundum se
totam comprehensa. cuius pars que triumphat in celis
est interius tabernaculum in quo est sanctum sanctorum. Reliqua autem
eius pars que laborat in terris. dicitur exterius taber
naculum. quod a superiori diuiditur interpositione ueli
i. intercessione celi. Primum autem uelum in quinque
columpnis suspensum est obscura scilicet quinque li

brorum moysi. In primo tabernaculo christus est can
delabrum uirtute et sapientia fulgens in medio
fidelium. habens cyphum speram et lylium.
Ideo cyphus ei attribuitur quoniam cuncta continet.
qui est calix inebrians ut sobrios reddat. Ipse
est spera intelligibilis. cuius centrum ubique cir
cumferentia nusquam. extra omnia non exclusus.
intra omnia non inclusus. principio carens et
fine. et in sua permanens eternitate. Ipse est
lylium sicut in cantico amoris de se profert testi
monium. Ego sum flos campi et lylium conuallium.
Ipse est lux uera que illuminat omnem homi
nem uenientem in hunc mundum. Duo late
ra huius stipitis. sunt duo tempora. Unum ante in
carnationem. et aliud post incarnationem. in
quibus fuerunt sancti in christo capite fundati. et ab
ipso subportati. sicut legitur. et qui preibant et
qui sequebantur clamabant osanna. Sinistri
lateris brachia sunt qui ante incarnationem
christi fideles eius aduentum portauerunt. et credide
runt. Dextri uero lateris brachia sunt qui in tem
pore gratie digniori tempore ante legem et sub lege christo ca
piti indissolubiliter inheserunt. Porro tria lo
ca de quibus altrinsecus surgunt tria brachia. sunt
tres utriusque temporis distinctiones. Primi
enim temporis prima distinctio fuit usque ad legem.
Secunda sub lege. Tercia sub prophetis. Tempus autem
gratie triplici gaudet distinctione. Quarum pri
ma fuit in inicio nascentis ecclesie. Secunda in gen
tium conuersione. Tercia erit in fine seculi. quando
saluabuntur iudeorum reliquie. Tria brachia sunt
tres gradus fidelium. rectorum. continentium. et con
iugatorum. Qui sunt noe. daniel. et iob. quos tantum
ezechiel dixit liberandos. qui secundum euangelium sunt
in agro. in lecto. et in molendino. Inferiora brachia
coniugatis aptantur. quoniam minus digni sunt. cum totam
huius temporis insequantur. Media continentibus.
quia sunt digniores cum uacent incessanter
contemplationibus. Ultima et suprema rectoribus
ascribuntur. quia sunt dignissimi. cum eorum predi
cationis uomere terra cordis nostri proscindatur.
ut arbusta uiciorum abiciantur. et actu uerbi dei
mentes nostre fructificationibus impleantur. Hu
ius autem omnes sunt calami. cyphi. spere et flores ly

lij. quia uidelicet sacri ordinis competentiam. in hu
midis diuini fontis emitteri transfundunt.
et permanent aliis liquorem uerbi salutaris. et sunt
concaui. quia laudando siue precando mittunt
canticum nouitatis. Item cyphi sunt qui illos
auditu excipiunt. et aliis ad mensuram porri
gunt. Item sicut spere. rotundi sunt et perfecti. nec
timoris angulum. nec elationis habentes sup
cilium. inter aduersa fortes. inter prospera humiles.
infatigabili desiderio. usque ad iocunditatis li
lia eterne se extendunt. In fine autem omnes
ad equam lucernarum positionem uenient. quia
denarium retributionis eterne licet differen
ter accipient. Nam sicut in ipso candelabri
opere quedam brachia erant stipiti uiciniora.
alia remota. alia remotiora. Sic in uita eter
na par gaudium erit sanctis. sed disparis claritatis
leticia. Stella enim in claritate differet a stella.
Sequitur ut uideamus de mensa que ad hostium
tabernaculi presentis ecclesie est posita. que scrip
tura diuina dicitur. que permanet et intrantibus
proponitur. In qua duodecim panes mundi sunt
xii. apostoli et uicarii qui illorum innituntur auctori
tati. Thus est sup hos panes. cum semper deo ca
ritatis igne succensas orationes offerunt. Quo
rum siquis moritur. uel necessitate exigente de
suo officio tollitur. loco eius alius subrogatur. Sed
in sabbato omnes tolluntur. quia in etate septima omnis
officiorum potestas euacuabitur. Labium uero factum
de speculis mulierum est imitatio sanctorum exemplo
rum. de uitalibus aquis continens implementum.
Mortariola sunt labores passionum. et toleran
tia penitentium. Velum autem quod diuidit
interius ab exteriori tabernaculum. est celum. uel e
nigmatica comprehensio celestium. Quatu
or columpne sunt apostoli. per quatuor partes
mundi diffusi. quorum bases argentee sunt
prophete. sonori argento scripture. quarum caput
aureum est. scilicet Christus diuinitatis fulgens. Taber
naculum post hoc uelum est celestis ecclesia. que quam
diu hic uiuimus habet uelamentum. in quo est
thuribulum. Christus uidelicet in quo dilectionis igni
permanet incensum. Carbones sunt uerba. exem
pla et opera. Archa est ipsius humana natura

ex omni parte aurea. quia in cogitatione. ser
mone. et opere. purissima. ex lignis imputri
bilibus fabricata. id est ex carne peccatis incorrupta.
Habet autem urnam. in qua est manna. id est animam
plenam celesti sapientia. qua natura refici
tur angelica. Virgam quoque per quam designatur sacer
dotalis Christi potestas. et sigillum immortalis
memorie. et tabulas testamenti. id est obseruantiam
pacis et euangelii. Quatuor anuli arche sunt
quatuor euangeliste. per quos portatur ad iiiior
mundi partes archa sapientie. quibus adherent
uectes aurei. id est predicatores fulgentes sapientia
diuini eloquii. Longitudo arche duorum cubi
torum et dimidii. est perseuerantia doctrine et o
perationis. ad cuius ~~perfectionem~~ perfectionem
comprehendendam. imperfectus est intellectus hominis. La
titudo. dilatatio caritatis. altitudo eminentia
spei glorie. ad quam comprehendendam dimidii su
mus. id est imperfecti. Propitiatorium est benignitas di
uine misericordie. qua propitiatur nobis. Duo cheru
bin duo testamenta. que Christum obumbrant. cum
in eis lateat eius sapientia. Que se mutuo re
spiciunt. cum spiritualiter intellecta in sacramento Christi · xxxiiij ·
et ecclesie conueniant. Porro incensum quod ex
pigmentis odoratissimis confectum offerebatur.
significat orationem fidelium. Stacten aque com
paratur. thus liquidum aeri. Galbanum terre. onicha
igni. ut ostendantur omnia. que ex quatuor
elementis fiunt. oportere placere creatori. Sanguis
quo aspergitur tabernaculum. est Christi sanguis quo
mundantur corda fidelium. Moyses Christus. qui
et uitulus dicitur propter uirtutem crucis. cuius corni
bus hostis uentilatur. Hyrcus quoque propter similitu
dinem carnis peccati uocatur. et quia hostia pro
peccatis hircus est. Aqua baptismum significat. Cocci
num quod ignei coloris est cum ysopo signifi
cat dilectionem et humilitatem saluatoris. qui san
guine suo fuso. et librum euangelii sanctificauit.
id est confirmauit. et fidelem populum absoluit dicens.
Hic est sanguis noui testamenti. Hoc itaque taberna
culum factum est de lignis sethim imputribilibus.
id est sanctorum qui mente et corpore incorrupti sunt
et agminibus. et coopertum pellibus caprarum. id est as
peritate penitentium. et pellibus arietum. id est exemplis

ſcōꝝ / purpura martyrum. iacincto anglorum. / byſſo uirginum / et cocco confeſſorum. Per hoc ta
bernaculum xpc uerus pontifex ſemel .i. per
fecte introiuit in celeſte tabernaculum. Et
hec ſufficiant de ſcdo tabernaculo. Videa
mus de tertio ~~quarto~~. quod est homo. cuius exterior
pars est caro / interior autem anima. Velum
autem ſenſualitas. In exteriori debet eē can
delabrum .ſ. rectitudo intentionum. que req
ritur in operibus humani corporis. cui ſunt ſex
brachia / cogitatio. et uoluntatis approbatio.
oratio. et lectio. predicatio. et operatio. In hiis
requiritur qualis mea ſit intencio. Nam quic
quid agunt homines / intencio iudicat omnes.
Quodlibet iſtorum habet calamum. cyphum. ſperam.
et lylium. Quorum intencioni tanquam ſtipiti
infixa eſſe debent hec brachia. Uerens in
uenitur et recta ſicut calamus. capax et diſ
creta ſicut cyphus. circularis et perfecta. ſicut
ſpere circulus. munda et immaculata ſicut
17 lyly floſculus / quorum omnium lucerna debet
eſſe ſcriptura. ſecundum quam interiora et exterio
ra exerceantur opera iuxta pſalmographum.
Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Hec ideo in
exteriori dicitur eſſe tabernaculo / ut de bonis ope
ribus nris gloria detur deo. Menſa est ſancte uite
conuerſatio. in qua duodecim panes ponun
tur. cum duodecim uirtutibus inſigniuntur. qui
ſunt panis manſuetudinis. deuotionis. le
nitatis. affabilitatis. liberalitatis. compaſſibili
tatis. continentie. abſtinentie. longanimi
tatis. et pacientie. ueritatis. et ſcientie. Super
hos panes pugillus thuris ponitur / dum
gratiarum actio pro hiis bonis deo deprimitur.
Quorum uno deficiente. alius ſubſtituitur. cum
ceſſante unius uirtutis actu / alterius uirtu
tis opus ſubiungitur / qui omnes poſt ſepten
narium dierum uite preſentis auferentur.
quando, excepta caritate quo ad uſum eua
cuabitur. Labrum uero est tocius uite mee
perluſtratio. ubi conſiderata peccatorum interiorum ma
cula. mox addatur ablutio / et ſic ad ſecundum ta
bernaculum quod est anima fiat progreſſio.
que in ſe contineat archam bone conſcientie.

intus et exterius per bonam uoluntatem de
aurate / et de ligno plano. pomifero et im
putribili. quod est innocentia animi. ut ſit
archa dni. Hec autem archa teneat uirgam
fidei que floreat / urnam ſpei. que cum in ſe
recipiat. et manna caritatis. que reficiat.
et tabulas teſtamenti .i. meditationem et me
moriam diuine legis. ut in ea ſe exerceat.
Quatuor anuli ſunt quatuor uirtutes ani
mi / prudentia. ut id ſolum quod diligendum est
diligat. Fortitudo. ut nullis moleſtiis ſuc
cumbat / Temperantia. ut nullis illicitis de
ſeruiat. Iuſticia. ut ſe per ſuperbiam non extollat.
Longitudo duorum cubitorum et dimidii. est perſe
uerantia in dilectione dei et proximi. qui
in uia omnino perfecte non poſſunt diligi.
Latitudo ab amico ad inimicum amoris exten
ſio / Altitudo est perfecta contemplatio. Vectes
quibus fertur hec archa. ſunt comminationes
et promiſſa. prohibitiones et precepta / que pre
dictis uirtutum anulis ſunt infixa. Propiciato
rium tabula. ſit uoluntas diuina / ſuper quam duo
cherubin a latere. et ſe mutuo uidentia / ſunt
miſericordia et iuſticia. Thuribulum ſit cor hu
manum. cui carbones .i. motus accendat ig
nis .i. dei deſiderium. Incenſum. orationis
ſuffragium. factum de ſtacten quod aſſimila
tur aque .i. de fluxu lacrimarum / et thure lu
cido. quod aſſimilatur aeri claritate uirtutum.
et galbano terre .i. mortificatione membrorum /
et onich igneo .i. feruore ſpiritualium actionum.
Mortariolum ſuſtinentia tribulationum. Con
ſequens est ut aſpergatur anima aſperſione facta
ex ſanguine uitulorum et hircorum. et yſopo. et la
na coccinea .i. mortificatione ſuperbie et luxu
rie. cum humilitate et gemina dilectione. Pre
terea hoc tabernaculum anime et corporis conſta
re debet ex imputribilibus lignis .ſ. ex cruce
carnis. que est abſtinentia / et cruce mentis. que
est compaſſionis beniuolentia. Debet etiam
operiri de pilis caprinis .i. cilicio peniten
tie et doloris. et pellibus arietum .i. regimine
ſpiritualium donorum / et purpura .i. uarietate uir
tutum. et iacincto .i. preſtolatione celeſtium /

9

⁊ byſſo. i. mundicia menbrorum. ⁊ cocco bis
tincto. i. dilectione dei ⁊ proximorum. Huius
modi tabernaculum. extra habere debet altare
holocausti. quod est penitentie asperitas. ⁊ intri
nsecus altare incensi. quod est deuotionis integri
tas. Hoc igitur fratres karissimi tabernaculum sic in
colere studeamus. ut ad sancta sanctorum celestium perue
nire ualeamus. Prestante domino nostro ihesu christo.

Dominica in palmis.

Dicite filie syon. Sermo in palmis
Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus. sedens
super asinam ⁊ pullum filium subiugalis.
Multum fratres karissimi mouere debet nos mansue
tudo domini uenientis. qui mansuetus uenit. non
ut per potentiam timeretur. sed ut per mansuetu
dinem amaretur. Non sedit in curru aureo.
fulgens in apparatu regio. non ascendit equum
feruidum. discordie ac litis amatorem. Sed sedit
super asinam tranquillitatis. non habens in cir
cuitu (ministros) splendentes gladios. aut cetera orna
menta armorum terribilium. sed frondentes
ramos. testimonia pietatis ⁊ uirtutum. Equi
tauit quia asinam plus exhibitum est honoris.
quam per alia a se facta miracula. quoniam ut legi
tur humilitas habet primum exaltationis.
Venit autem sic primo de bethania ubi lazarus
suscitatus est exiuit. ⁊ cum appropinquaret
ierosolimis. uenit bethphage in montem oliueti.
⁊ uocans duos discipulos dixit eis. Ite in castel
lum quod contra uos est. ⁊ inuenietis asinam.
⁊ pullum cum ea alligatum. soluite ⁊ addu
cite michi; si quis uos interrogauerit dicite quia
dominus opus habet. soluentes adduxerunt ad ie
sum. ⁊ imposuerunt uestimenta sua. ⁊ sedit su
per eum. Alii uestimenta sua psternebant in
uia. alii ramos de arboribus clamantes osan
na in excelsis. ⁊ sic uenit ierusalem ⁊ bethfage.
deinde gethsemani. Item rediit in ierusalem. Fuit
in montem caluarie. ut decaluaretur ⁊ cruci
figeretur. Inde in ortum. in monumentum
nouum. postea in galyleam. Nono autem passi
ascendit ad celestem gloriam. Bethania interpre
tatur domus obedientie. de qua christus uenit. quia
obediuit deo patri usque ad mortem crucis ex
hibuit. per quam ⁊ in qua lazarum quatriduanum ⁊ fetentem. i. genus humanum in peccatis
mortuum suscitauit. uel de bethania exiuit
cum de aula uirginali prodiit. que angelo
nuncianti partum humiliter obediuit. Venit
bethfage ad montem oliueti conscendit. i. in pri
mitiuam ecclesiam de iudeis. ubi se deum ⁊ homi
nem demonstrauit. discipulos assumpsit. que
ecclesia sita est in monte miserationis. Siquidem
bethfage interpretatur bucca. oliuetum misericordia.
Ipse christus est os patris. per quem locutus est nobis
pater. ⁊ qui patrem nobis enarrauit. Ipse est
mons in quo placuit deo habitare super omnes
montes. i. sanctos. mons coagulatus pinguedine
caritatis. mons myrre. quia est mortuus pro no
bis. mons thuris. quia orat pro nobis. Mons excel
sus super uerticem omnium montium preparatus.
Mons aromatum. i. donorum spiritualium. Mons oli
uarum. quia nos inungit oleo carismatum. Vel
ideo quia sicut oleum non potest esse sub aqua. sic
creator sub creatura. Et quoniam oleum surgit de
amaritudine radicis in pabulum luminis. in me
dicinam uulneris. refectionem esurientis. sic et
unctio christi uenit de amaritudine passionis. .xxxv.
ad gloriam resurrectionis. Duos discipulos propter ge
minam dilectionem. Vel duos populos misit. ut es
sent exploratores in terra promissionis. Et ait.
Ite in castellum quod contra uos est. Hoc castel
lum est mundus. quod est contra deum. quoniam
de hoc mundo non est regnum dei. Cuius uallum est
superbia. cuius munitiones sunt cetera uicia. Et
bene superbia uallo comparatur. quoniam qui se exaltat
humiliabitur. Super hoc uallum erexit super
bia quinque propugnacula. Erigitur enim fastus
ex donis nature. ut ex scientia que inflat. ⁊ parere
recusat. Vnde. Aurum rura sequens. ⁊ opes do
nabit amicus. Qui uelit ingenio cedere rarus
erit. Item ex donis fortune. Vnde Salomon. Diuicias
ne dederis michi. ne si diues fuero dicam. quis
est dominus. Item ex forma corporis sicut legitur. Fas
tus inest pulchris. sequiturque superbia formam.
Item ex nobilitate parentum. Vnde. Noli res
picere ad phalaras. ⁊ nomina uana catonum.
Item. Ex donis gratie. Vult enim superbia esse co
mes uirtutum. ⁊ latet sub cinere ⁊ cilicio. et

pallida facie! ſicut dicit iere. Quid facit ſub
tunica penitentis regius animus. Alias uero
turres erigunt arrogantia et inanis gloria.
Ira. odium. detractio. et inuidia. Geminus
carcer. accidia et auaricia. que ſederunt in tenebris
et in umbra mortis. Murus eſt ambitio. que cir
cuit mundi negocia. Due porte. luxuria et gula.
Ante murale. peccandi impudentia. Contra
nos eſt hoc caſtellum. quia nobis et nostre ſaluti con
trarium. Aſina et pullus. ſunt iudaicus et gen
tilis populus. Aſina que ferendis oneribus aſſueta eſt.
iudeorum populum ſignificat. qui ſarcinam legis du
dum trahere cognouerunt. At uero pullus liber et laſci
uus eſt gentilis populus. qui gentili libertate uagus
a doctrina legis extitit alienus. quorum uterque an
te redemptoris aduentum fuit in hoc mundo pec
catorum uinculis alligatus. Omnes enim ut apostolus
ait peccauerunt. et egent gratia dei. A quibus uinculis
apostolorum predicationibus abſoluti. et ad ihesum ad
ducti ſunt. Quibus etiam preceptum fuit. ut ſi
quid aduerſitatis obſiſteret. quod a laqueis dya
boli ſolui. et per confeſſionem adduci peccatores
inhiberet. non tamen a predicatione deſiſte
rent. ſed constanter inſinuarent. quod hiis do
minus ad edificandam eccleſiam opus habet.
Adducentes autem aſinam. et pullum. diſcipuli
impoſuerunt ſuper eos ueſtimenta ſua. que ſunt
dei precepta. et iuſticie opera. ut exemplis uir
tutum. ad ſuſcipiendam christi fidem. tegeretur
nuditas feda. que ab habitu ſcitatis uacua
inuenta eſt. Non enim nudam aſinam. nu
dum dominus uoluit aſcendere pullum. ut oſtende
tur neminem qui ſanctorum actis et dictis non eſſet
ornatus. poſſe dominum habere rectorem. Turba uero
ſternens in uia ueſtimenta ſunt martyres. qui
propter dominum corpora tradiderunt ad ſupplicia. Alii
ramos cedentes de arboribus. ſunt qui dicta ſanctorum
patrum et exempla. deo ſternunt ad inſtructionem
fidelium in hac uita. ut paſtores et doctores. Alii ra
mos oliuarum. ut pueri hebreorum. id eſt ueri tranſi
tores. Alii ramos palmarum. ut triumphatores.
Alii flores. ut uirgines. Sicque ierusalem de monte
oliueti uenit dominus. cum in ſanctam eccleſiam. que eſt
uiſio pacis introiuit per eccleſiam primitiuam

de iudeis. quam dominus unctione criſmatum ſpiritua
lium [illegible]. luce ſcientie illuminauit. oleo exulta
tionis. id eſt ſpirituali gratia impinguauit. et qui pax eſt
utraque faciens unum. pacem dedit. que omnia
oliue conueniunt. Aduentus autem de ierusalem in
gethſemani. eſt extrema uiſitatio que fiet in iu
deorum reliquiis. Interpretatur enim gethſemani
uallis pinguium. et iudei qui modo ſunt in ualle
declinationis. tunc replebuntur pinguedine
gratie ſpiritualis. Porro de gethſemani in ierusalem
reuerſio eſt extrema gentium. que a fide christiana
exorbitauerunt. per indultum ſpacium penitencie
reuocatio. quod poſt mortem helye et enoch
et caſum antichriſti. concedetur bonis ad penitentiam
qui lapſi fuerint per extremam perſecutionem. Erit
autem. xlv. dies. et tunc ueniet dominus in caluariam.
quando in fine ſeculi decaluabuntur omnia per ignem.
De caluaria ad monumentum. id eſt ad generalem
reſurrectionem corporum. cum dicet tuba reſo
nans. Surgite mortui de monumento in ga
lyleam. quando tranſibit omnis homo ad iudi
cii maieſtatem. ut uel iudicet alios per ſui compa
rationem. uel in ſe excipiat iudicationis ſententiam.
Porro christi de galylea in celum reuerſio. eſt eterne
felicitatis quam ſanctorum populus obtinebit adeptio.
Poſt hiſtorialem et allegoricum intellectum dig
num ducimus. et moralem elicere ad inſtructi
onem morum. Siquidem predictis noue paſ
ſibus. ſpiritualiter acceptis cotidie dominus accedit ad fide
lem animam. In bethaniam intrat. cum
animam ad obedientiam prouocat. In qua quatri
duanus mortuus ſuſcitatur. cum peccator
obedientie merito. de peccatorum conſuetudine re
uocatur. De [bethania] bethphage ad montem oliueti uenit.
cum deuotam animam ad confeſſionem addu
cit. et ad miſericordiam ſuſcipit. De monte oliue
ti in ierusalem proceſſurus. duos diſcipulos in caſtel
lum quod contra nos eſt mittit. cum ad explo
randam terram nostre habitationis. legat duo
mandata caritatis. quorum unum ad dilectionem
dei. reliquum ad dilectionem proximi nos pertrahit.
Contra nos eſt hoc caſtellum. quando caro concupiſ
cit aduerſus ſpiritum. et contra deum. Cuius uallum
eſt deſperatio. cuius turres ſunt approbatio mali.

ueritatis impugnatio. peccandi presumptio. superba de peccatis excusatio. mali exempli demonstratio. et malorum instructio. Profundum carceris est concupiscentia carnalis. Murus est peccandi consuetudo. Porte affectuosa uoluntas. et carnalis delectatio. Ciues. carnales motus et affectus. Uigiles. quinque sensus qui ad malum uigilant. et de leui corrumpuntur. In castello autem nostro alligantur duo. pullus spiritus. asina caro. Spiritus dicitur pullus propter libertatem arbitrii. Asina uero caro. eo quod assueta sit defectibus et laboribus. Spiritus habet tripertitam alligationem propter uim triplicem. Rationabilitatis. concupiscibilitatis et irascibilitatis. Corporis autem propter quattuor elementa est alligatio quadripertita. Hec sunt quattuor et tria moab scelera. Rationem que iudicat et discernit. corrumpit superbia. corrupta autem fallitur duobus modis. In cognitione sui et noticia dei. Concupiscibilitatem qua appetit bona. alligat et corrumpit uana gloria. per quam appetuntur illicita. affectantur indebita. Irascibilitatem que est contra mala. ligat et corrumpit inuidia. Nam inuidus aliorum bonis irascitur. et contra illa fervore malicie et detractionis accenditur. Porro corporis est alligatio quadripertita. secundum quattuor elementa. Secundum quod in singulis singula plus uigent elementa. Nam in oculis est ignis. In lingua que format uocem aer. In manibus quarum proprie est tactus terra. In genitalibus aqua. Corrumpit autem oculos curiositas. et linguam loquacitas. manum crudelitas. genitalia uoluptas. Hec sunt quattuor et tria moab scelera. quibus nostra alligata est natura. Sed dominus in ciuitatem ierusalem. id est ad fidelem uenturus animam duobus iniungit discipulis. que sunt duo mandata caritatis. ut absoluant asinam et pullum. id est carnem. et spiritum ab hiis peccatorum uinculis. ut sedeat super asinam simplicitatis. et pullum humilitatis. ut caro sit innocens. et spiritus humilis. ut per humilitatem reprimatur potentia. que nisi reprimatur est superbia. et per simplicitatem temperetur astucia. que nisi temperetur est malicia. Hiis enim dominus opus habet uirtutibus. Ingredienti itaque domino fidelem animam occurrunt turbe mundarum cogitationum. sacrarum affectionum. et piorum desideriorum. que sunt hebreorum pueri. id est uere transeuntium. qui transeunt de malo in bonum. de bono in melius. de meliori in optimum cum floribus uirtutum. et ramis oliuarum. id est bonorum operum. et ramis palmarum. id est meritorum. De pugna triplici carnis. mundi. et dyaboli. feliciter triumphantium. et strato uestium. id est mortificatione membrorum.

Super quem sedet dominus. quia non habitat deus in corpore subdito peccatis (*interlinear:* pro subditis ... abiectos) superborum peccatorum. Sicque ierusalem ingreditur. cum animam ad uisionem pacis sumere. que ipse est regit et erigit. Deinde gethsemani ad uallem pinguium descendit. cum animam de celesti contemplatione ad opera pietatis reuocat et reducit. Post hec ierusalem redit. cum de proximorum utilitate ad uisionem dei per contemplationem spiritum reformat. De ierusalem procedit in caluariam. cum propter bona celestia ducit spiritum ad carnis crucifixionem per abstinentiam corporis. per cordis compassionem. ut totus homo crucifixus sit mundo. De caluaria transit in monumentum serene conscientie excisum de petra. id est fide operante per dilectionem. quod est in orto fidelis anime. xxxvi.

De monumento in galyleam. cum de animi tranquillitate transmigrare facit spiritum ad supremam de deo intelligentiam. De galylea in celum. id est de agnitione superiorum in celeste desiderium. Nos igitur fratres karissimi qui saluatoris nostri uestigia sequi debemus. incipiamus iter nostrum de domo obedientie que est bethania. inde procedamus bethphage. id est ad confessionem. in montem oliueti. id est in dei misericordia. Dehinc ierusalem per fidem enigmaticam. ad superne pacis uisionem. Inde gethsemani. id est ad uallem pinguium per deuotionem caritatis. que plena sit adipe frumenti. Post hec ierusalem per eterne felicitatis assiduam meditationem. deinde in montem caluarie per contemptum uanitatis mundane. ubi decaluemur ab omni superfluitate. Dehinc in ortum in monumentum nouum. id est per pacem uel munimentum. que nos facit quiescere. et animas nostras possidere. Post in galyleam per spem. de imis ad celica transmigrantem. de qua in celestem ierusalem per expectati premii consecutionem. In

hac igitur die hodierna gerentes uicem discipu
lorum. Procedamus obuiam saluatori sicut
pueri hebreorum cum floribus et palmis. et ramis
oliuarum. Uice discipulorum adducamus asi
nam. et pullum. i. carnem et spiritum quibus ut in
sideat dominus. uestimenta castitatis et humili
tatis sup imponamus. Alia uestimenta que
sunt menbra nostra per macerationem carnis.
in uia psternamus. sicut pueri hebreorum
i. ueri transitores christo obuiam procedamus. tran
seuntes consideratione ad nouissima. conuer
sione ad meliora. contemplatione ad celes
tia cum floribus uirtutum. et palmis trium
phantium de mundo. carne. et dyabolo. Et
cum ramis oliuarum. pacem ad archam cor
dis portantes. pacem proximis nuncian
tes. super aquas carnalis concupiscentie si
cut oleum enatantes. lumen boni operis osten
dentes. proximorum uulnera consolantes. et
eorum medicinam releuantes. et sic salua
tori obuiam uenientes. clamantes et dicen
tes osanna in excelsis. Salua nos in celestibus
bonis. Benedictus qui uenisti redimere nos in
presenti a culpa. in futuro et a culpa et a pe
na. Saluator mundi ihesu christe. Qui cum pa
tre et spiritu sancto uiuis et regnas deus. S'mo in cena domini

S'mo i cena dni

Exemplum dedi uobis. ut et uos ita fa
ciatis. Dies ista fratres karissimi. multis
decoratur priuilegiis. Est enim hec dies di
es reconciliationis. dies unctionis. dies
refectionis. dies ablutionis. In hac die peri
ratur penitentium reconciliatio. crismatis
confectio. eucharistie distributio. pedum ablutio.
In penitentium reconciliatione reconciliatur
inimicus. In crismatis confectione inungi
tur infirmus. In eucharistie distributione
reficitur famelicus. In pedum ablutione.
purificatur inmundus. Inimici facti sumus
deo per peccatum. Sed reconciliati sumus per pas
sionis remedium. Recessit enim homo a deo
tribus gradibus. per elationem animi. per trans
gressionem precepti. per defensionem peccati.
Per elationem. quando uoluit esse sicut deus
bonum et malum sciens. per transgressionem.
quando pomum uetitum comedit. uiolans
obedientiam. Per defensionem autem. culpam re
fudit in uxorem. et ideo eiectus extitit a de
liciis paradysi. Quam eiectionem represen
tat ecclesia in capite ieiunii. Reuertitur autem
homo ad deum tribus gradibus. contritione ama
ra. seua. et longa. Confessione uera. et nuda.
et integra. Satisfactione aspera. sincera. et con
tinua. Sicque reconciliatur. sed nondum san
us efficitur. et ideo reconciliatus et nondum sanus
clamat. conturbata sunt omnia ossa mea.
Necesse ergo habet ut oleum miserationis pe
tat. quod ei luceat. quod ipsum pascat et inun
gat. lucet enim unctio contra boni ignoran
tiam. pascit contra commodi penuriam. Dolores
mitigat contra mali concupiscentiam. quibus
laborat ad mortem. At ne infirmus puer o
leo salutis inunctus deficiat. expediens est ei
ut uiaticum querat. desi[...] uastitatem. panem qui con
firmat infirmum. saciat famelicum. uiuificat
mortuum. quem non comederunt patres nostri.
cum transirent per desertum. Adhuc autem pul
uis adheret pedibus saciati. et ideo petat ablui.
ut lauetur ad munditiam. ad iusticiam. ad
coronam. ut sit innocens in se ipso. iustus in
proximo. pius in deo. Innocens in se ipso erit.
si mundus est totus. Iustus in proximo. si illi
facit quod facere debet et potest. nichil omittens
de contingentibus. Pius in deo. si quod deum
pro se fecisse cognouit. ex pietate faciat proxi
mo. humilitatem domini preferens in exemplo. Sed
quid pro nobis fecit dominus. audiamus. Sur
gens a cena posuit uestimenta sua. et precin
gens se linteo misit aquam in peluim. et pe
des discipulorum lauit. Et cum hoc fecisset ues
timenta sua resumpsit. sedens que ad mensam.
corpus suum dedit discipulis suis. Quibus
dixit. Exemplum dedi uobis. et cetera. De hoc.
Mandatum dedi uobis ut diligatis inuicem.
sicut dilexi uos. Sacramentum uero huius ab
lutionis. innuens petro ait. Si non lauero te
non habebis partem mecum. quod non intelligi
tur de exteriori ablutione. Sed de significatio
ne per eam. s. peccatorum uenialium remissione.

+ Tribus de causis pedes discipulorum lauit. propter exemplum
humiliationis. propter argumentum dilectionis. propter reue
rentiam sacramenti. de primo legitur. Exemplum dedi uobis. et cetera.

per hoc nobis insinuans. ut a cena surga-
mus voluptatis; deponamus vestimenta nostre
iniquitatis; precingamur lintheo castitatis;
mittamus aquam in pelvim. et lavemus
alter alterius pedes. in exemplum humilitatis;
vel aquam compassionis in pelvim contri-
ti cordis; et lavemus affectus proximorum;
remissione nostre offensionis. Dehinc resu-
mamus vestimenta gratie et virtutis; deposita
veste odii et rancoris; et sic ad cenam residea-
mus sincere communionis; communicantes
corpori et sanguini domini nostri ihesu christi; qui a ce-
na surgens angelica. vestimenta sua depo-
suit; quando semetipsum exinanivit. et lin-
theo nostre carnis se precinxit. Aquam in pel-
vim misit cum sanguinem suum pro nostra
redemptione effudit; et sic pedes discipulorum
lavit; cum eorum qui faciunt voluntatem eius;
peccata expurgavit. Vestimenta sua resump-
sit; cum ad inmortalitatis gloriam resurrexit. Nec
pretermittendum esse censemus; quod vestem
suam quater deposuit dominus. In cena; quam
resumpsit. Ad columpnam [illegible] nudatus;
sed reindutus. In illusione militum nudatus;
sed reindutus. In cruce nudatus; sed non rein-
dutus. Prima pertinet ad apostolos. vel [illegible] discipulos
suos; Secunda ad illos quos in pentecoste resumpsit;
et paulatim resumit. Tercia ad reliquias iu-
deorum; qui resumentur in fine seculorum. Quarta
ad eos qui non resumentur in eternum; qui iam
iudicati sunt ad inferni supplicium. Nos
igitur fratres karissimi studeamus pervenire ad
eorum consortium. pro quorum salute significan-
da; suum dominus resumpsisse dicitur vestimentum.
Producamus in proximis ad effectum. quod pro
nobis dominum complevisse didicimus in exemplum.
Nec tantum compleamus in proximis; sed etiam
simili modo quivis uterque in se compleat; quod fe-
cisse dominum suis noscit discipulis. Est enim in
nobis paterfamilias animus rationis; cui
sunt duodecim discipuli; quibus iubet illis
animus exercentur obsequio subiugati. Pri-
mus est cogitatio faciendi aliquid que dicitur
conceptio; Secundus delibratio utrum faciat quod con-

cepit. vel non faciat; Tercius ratio; que dis-
cernendo unum eligit; et alterum reprobat.
Quartus voluntas implendi; Quintus delec-
tatio morose voluntatis; Sextus studium de mo-
do faciendi; Septimus est oculus qui oportuni-
tatem querens; exteriora circuit. Octavus au-
ditus; qui ut intellecta refert. ante portas ingres-
sionis odoratus; qui odore discretionis rem de-
sideratam appropinquans discernit. Decimus gustus.
qui saporibus investigat utrum res sapiat; vel
tanquam insipida non conveniat. Undecimus
est tactus. qui ad opera facienda discurrit; et
quod animus desiderat exorditur initium actio-
nis. Duodecimus est consummatio tocius operis;
Horum sex sunt interiores. et sex exteriores mo-
tus; inter quos tanquam paterfamilias medi-
us sedet animus humanus. Qui si torpeat; is-
ta familia pervertitur. Si vigil permanet; the-
saurus cordis custoditur. Huius domus est con-
sciencia; cuius custos dispensatio; quibus regun-
tur interiores et exteriores actiones. Que ut
agerent in hac domo fiducialiter. addiderunt secum
obedientiam; et ut possessionem habeant operis ac .xxxvii.
tolerantiam laboris; advocaverunt pacien-
tiam. Et ut omnia secundum ordinem fierent; vo-
catus est ordo in societatem. Pro maledictione autem
indisciplinata; custos in porta posita est disci-
plina. Porro in alia porta contra concupiscentiam
carnis posita est continentia; que secum contra
concupiscentiam oculorum sumpsit constantie
munimentum. In tercia porta contra ambitio-
nem seculi sedet humilitas; que silentium ad cus-
todiam in limine secum habet. ne domum in-
tret egestas. Ubi enim est verborum multiplici-
tas; ibi teste Salomone frequens est egestas. In quarta
vero porta. custos est pietas; servans medita-
tiones. orationes. et spirituales affectiones; que pa-
cem secum habet custodem; ne ingressa domum
miseria beatitudinem discipulorum conturbet;
qui iocundantur in domo patrisfamilias. Nam
beati sunt pacifici. In hac domo patrisfamilias;
sunt tres mense posite. sese contingentes. Media
est sancte eucharistie; a cuius parte dextera posita est
mensa sacre scripture; a leva autem mensa

operationis bone. Inprima panis triplex
ponitur. ⁊ duo pocula per ministerium fidei
ppinantur. Sunt autem tres panes. xpi diui
nitas. xpi humanitas. ⁊ in humanitate f̄ca
redemptio. Duo uero pocula sunt passio ⁊ re
surrectio. uel fides s̄ce trinitatis p tres panes acci
pitur. Fides aut̄ diuinitatis ⁊ humanitatis xpi
p duo pocula demonstratur. que sunt lac ⁊ mel.
lac humanitatis. ⁊ mel diuinitatis. Similiter
in mensa scripture sacre sunt tres panes po
siti. qui sunt tres illius intellectus. Panis i͂ cra
ticula qui arimus est. ⁊ undiq; uideri potest.
panis in sartagine qui oleo aspgitur. nec un
diq; uidetur. panis in clybano. qui undiq;
coopertus non cernitur. oleo est aspersus. et
thus sibi supponitur. Primus est historialis
intellcs. qui apertus est ⁊ undiq; uidetur. Scds
ē mysticus qui ex una parte apparet. ⁊ ex al
tera latet. ⁊ illuminationis oleo est aspersus.
Moralis autē est tercius ⁊ occultior. cui affcs
in anima opatur. habens lumen bone actionis.
⁊ thus deuote orationis. Similiter duo pocu
la. vinum comminationis pene. ⁊ aquam pro
missionis uenie. In tercia uero mensa septem
sunt panes. septem misericordie opera. Item duo po
cula. oleum miserationis. ⁊ nectar dulcis opati
onis. Prime mense minister est. fidei deuocio.
Scde. spei firma pstolatio. Tercie. caritatis com
passio. Qm̄ circa sc̄am eucharistiam fides tantū
requiritur. ubi expimentū rationis amouetur.
In scriptura uero spes uenie. gracie. ⁊ glie. repe
ritur. Circa bonam opationem. caritatis obseq
um dilatatur. Ante has mensas sunt septem
ministri. septem lucernas i͂ manibus tenen
tes. ⁊ predicto conuiuio assistentes. quorum
presentia paterfamilias illustratus ad uitā
eternam quasi ad sciarium scalarium possit accedere. ⁊
in ea beatiori sompno requiescere. Primus ē
timor. tenens lucernam paupertatis spūalis.
quod bene congruit. qm̄ qui deum p timet diligit. mū
dum spernit. ad nulla se erigit. sed que cari
tatis ⁊ humilitatis sunt excolit. Scds ē pie
tas tenens lucernam mansuetudinis. quia p
hoc donum patfamilias pie uiuens. nemi
nem reprehendit. Sz s̄ca honorans proximis cō
descendit. ⁊ malis motibus ex toto dominans
sine mentis asperitate consistit. Tercius ē sci
entia. tenens lucernam contricionis. Nam q̄
scit quibz malis inuoluatur. peccata sua lugz.
⁊ delicta proximorum. tabescens desiderio eter
norum. Quartus est fortitudo. lucernam iusticie
tenens in desiderio. Nam qui sitit iusticiam. ha
bere debet ⁊ fortitudinē. ut mala repellat ⁊ bo
nis inhereat. Quintus est consilium. cū lucer
na misericordie. Salubre enī consilium ē. ut ali
is dimittat. ⁊ quibz potest accōmodet. ut sic per
misericordiam deus illum a nexibus infinitis eruat.
Sextus est intellcs cum lucerna mundicie. ut qd
oculus non uidet possit inspicere. Septimus ē
sapientia + ut omīs motus illicitos repellat. ⁊ am c̄ paciētie lucerna ⁊
mirabili pace filium dei efficiat. Tanti igitur pa
terfamilias splendore luminis illustratus. surgit
a cena exquisitarum deliciarum. ⁊ carnaliū uo
luptatum. ut pedes lauet discipulorum. contēn
do. confitendo. odiū remittendo. ⁊ contemplando
quid conceperit. qualiter deliberauerit. quomodo
discreuerit. quid uoluerit. in quo delectatus fue
rit. quemadmodum ad bonū uel ad malum in
duerit. quid p quinq; sensus quesierit. ⁊ quid cō
pleuerit. Precinctus s linteo deuotionis. po
nit in peluī cordis aquam plorationis uel con
tricionis. lauatq; affectus ⁊ actus aqua confessi
onis. ⁊ exsiccat capillis satisfactionis. ⁊ sic acce
dere meretur ad predictas mensas cum discipulis
suis. ut interne capiat pabulum refectionis. de
inde se recipit in lectulum quietis ⁊ contemplati
onis. predictis illustratus lucernis. Ut tamen
ut thesaurum suū seruet a furibus illibatum. ⁊ a corrupti
one domum. mandat eam quatuor excubiis. pru
dentie que discernat ingredientes. ne unguenti
suauitas corrumpatur. si illuc muscas intrare
contigerit. Fortitudini uero ut ascendat iniun
git. que inimicos repellat. si intrare uoluerint.
Temperanciam in introrsum statuit. ut eorum qui int
uerint motus refrenet illicitos. Iusticiam uero
locat in medio. que ne murmur inter eos q
subierint oriatur. unicuiq; quod suum ē distri
buat. Ordinata igitur domo patfamilias cū

diſcipulis ſuis ſe recipit in lectulo. quibȝ pau
ſantibȝ. ecce puella uirgineum gerenſ uultū.
uentrem caprinum. pedes aquinos. pulſat ad oſti
um. ⁊ petit aditum. Quam intuens prudentia.
ſed nondum diſcernens. que hec ſit expetit. At illa
reſpondens ait. Ego ſum pulcritudo naturalis.
Quam cum diſcretiuſ prudentia reſpondit. Non
es pulchritudo ſȝ turpitudo. que uultu plaudis
⁊ decipis. uentre fetes. ⁊ polluis cauda. cuncta
deuoras ⁊ conſumis. Tu es que adam .i. ratio
nem decepiſti. uoluptas carnalis. plena illece
bris. fuge hinc. non intrabis. Poſt hanc ſubit
alia mulier. femineam gerens faciem. ⁊ corpus
beſtiale que lamia dicebatur. hec eſt inuidia.
que dum lactat catulos interficit eos. Cui intra
re uolenti ⁊ pulſanti. reſponſum eſt. fuge fe
ra peſſima que ioſeph deuoraſti. ⁊ xpm̄ quem
lactaſti occidiſti. Repulſa hac muliere. uenit
alia. habenſ a capite uſqȝ ad umbilicū formā
mulieris. Sȝ infra erat canis rabida. ⁊ cani
no morſu armata. que dicitur ſcilla. p quā
figuratur ira caude motu detrahens. latratu uo
cis terribilis obiurgans. famem patrande iniq
tatis habens. ⁊ dente furoris predam laceranſ.
Quia ſimiliter amota ſequitur quarta. Ab umbi
lico ſupra uirginis pulchram faciem pretendens. dulcif
ſinum cantum trahens. Sȝ infra umbilicū eſt
in piſcem deſinens. que ſyrena dicitur. a ſyren quod eſt tra
hus. eo quod dulcedine uocis nautaſ ptrahat in
exterminium mortis. cui adulatio compatur. que
oleo peccatoris in principio blanditur. ſed in fi
ne mordet ſicut coluber. ⁊ diffundit uenena ſi
cut regulus. Cui blandiciis ſuis aditum querenti.
prudentia que prius decepta fuerat p uocis dul
cedinem. monſtro ſubtilius intellecto p extremā
partem reſpondit. Fuge hinc meretrix impu
dica. que geris mel ⁊ lac ſub lingua. ſȝ laborem
⁊ dolorem in cauda. Poſt hanc inſequitur cohorſ
trium mulierum. quā rudue arpie dicebant. ⁊ alis
milui in quibȝ erat ſpē inter celum ⁊ terram
ferebant. leuantes amphoram. ut edificetur
ei domuſ in terra ſennaar .i. confuſionis. Mu
lieres due ſunt ſupbia ⁊ uana glia. que per
omne quod agunt. miluo .i. dyabolo famu
lantur. ⁊ auaricie que patens os ut ampho
ra habet. ſunt coniuncte. que inter celum
⁊ terram ferunt. dum proximoſ iuxta ſe
deſpiciunt. ⁊ que ſupra ſunt nullatenus
apprehendunt. quibus fortitudinis ſpū ef
fugatis. ecce timor inferni. nuncius plen9
caliginiſ. ⁊ horroriſ. afferens famam ⁊ memo
riam mortis. Lampades ardentes de ore uo
mens. ſulphureum fumū de naribus eiectans.
cinctuſ cathenis ardentibȝ. ⁊ in oculis ſicut
fornax accenſus. ſtrens. ⁊ infremens ſicut tor
rens. uncos ferreos una manu tenens. ⁊ alia
librū gerenſ in quo ſcriptum ē. Ecce homo. et
opera eiuſ cum eo. Narrat ubi ſit infernus.
quam horribilis quam profundus. ubi ardor
incompabilis. ignis inextinguibilis. fetor in
tolerabilis. vermiſ immortalis. tenebra ſpiſ
ſa ⁊ palpabilis. Mox ad impetum pulſantis
ſurgit paterfamilias. hirſutuſ. tremenſ. et
pallidus. et imperfecte loquenſ. diſcipulos exci
tans. ⁊ ad bene operandū exhortans. Quibȝ
fere in deſperationem cadentibȝ. pturbate
domui adeſt alius nuncius. amor .ſ. uite eter
ne. ſpem beatitudinis afferens ſempiterne. ⁊
eiuſdem glie regis aduentū pnuncians. triſ
ticiam commutat in gaudium effugato ti
more. Surgens autem uelociuſ paterfami
lias occurrit dn̄o letabundus. recipit eum in
amplexus. miniſtrat in menſis. ſuſcipit in
cubili ut cum ipſo quieſcat. cui eſt cum patre
⁊ ſpū ſcō laus ⁊ honor in ſcl̄a ſclor. Amen. — xxxviij.

Surrexit dn̄s Smo i die paſce — Smo i paſcha
de ſepulchro. Poſt triſtia ſabbata felix
irradiat dies. in qua ſponſus de umbra
redit. ſub qua dormiuit in meridie. i. de mor
te quam ſuſtinuit in paſſionis feruore.
Tenet hec dies in diebȝ primatum. prima
luce in ea luceſcente. ⁊ dn̄o cum triumpho
in eo reſurgente. ⁊ dicente. hec eſt dies quā
fecit dn̄s. exultemuſ ⁊ letemur in ea. Non
eſt hec dies fr̄es karmi dies mundi tranſito
ria. cuiſ lux parietibȝ obſtruitur. elementis
diuiditur. ac tenebriſ obſcuratur. Sed eſt
lux fulgens in mundo. lucenſ apud inferoſ.

(left margin:) i qua erat terra moli(ta) erat. id ē ipi eraſ.

⁊ in celo. In mundo: quia illuminat omnes
homines uenientes in hunc mundum. Apud
inferos: quoniam ſedentibz in regione um
bre mortis lux orta eſt eis. In celo: dicente
Sal. Ego feci ut orıretur in celo lumen inde
ficiens. dies ſine nocte. dies ſine fine. dies
triumphalis. in qua xpiſtus glorioſe ab inferis re
ſurrexit. ſalus mundi. occaſus inferni. gloria
ſuperiorum. uita credentium. reſurrectio mortu
orum. contricio mortis abſolute. ⁊ premium
redemptionis humane. firmans dubios. con
firmans iuſtos. dampnans incredulos.
Iam enim hiemps abiit. pluuia receſſit. flo
res apparuerunt. uox turturis audita eſt in
terra nostra. ⁊ uinee florentes odorem dederunt.
Exultemus igitur in ea ⁊ iubilemus corpore
⁊ anima. quoniam per xpiſtum reſurgentem hodie u
traque natura eſt redempta. qui induit carnem.
ut carnem noſtram faceret incorruptibilem. ani
mam aſſumpſit. ut noſtris animabz daret
gloriam reſurrectionis. Reſurrectionem carnis
habemus in ſpe. reſurrectionem uero ani
me multipliciter in re. In baptiſmate. in
confeſſione. in ſacramentorum digna ſuſcep
tione. Reſurrectio xpiſti cauſa eſt nostre reſur
rectionis. qui prius pati uoluit in cruce. in
monumento nouo quod exciſum erat de
petra. ⁊ in orto poſitum ſepeliri. ⁊ in eo
corpus ſuum duobus diebz quieſcere. Die
uero tercia a morte reſurgere. ⁊ mulieribz
ad ſe cum aromatibus ualde mane uenien
tibus apparere. Hec omnia propter nos fac
ta ſunt. ⁊ ad noſtram inſtructionem ac re
demptionem. Paſſus eſt dominus in lignea cruce
ce. ut ⁊ nos paciamur in noſtro fragili cor
pore. ſepeliamur in pura mente. et ſic
reſurgamus ad uitam uirtutis et gracie.
Primo fixa eſt mors in ligno ſcientie bo
ni et mali. Poſt uita in alio. lignum uite.
lignum boni. Extenſio prime manus ad
lignum: mortem apprehendit, Extenſio ſecunde:
uitam que perierat inuenit. Hoc ligno
uehimur per mare undoſum ad terram ui
uentium. Poſt paſſionem dominus ſexto ſepe
liri uoluit ut adimpleretur quod dictum eſt.
Ad ueſperum demorabitur fletus. ⁊ ad matuti
num leticia. Sepultus eſt ſexta ſabbati que
appellatur paraſceue circa ueſperum. ſequenti
nocte. ⁊ die ſabbati. cum nocte ſequenti. in
monumento poſitus iacere uoluit. ⁊ die
tercia. ſ. mane prima ſabbati reſurrexit.
Bene uno die ⁊ duabus noctibus in ſepul
chro iacuit. quia lucem ſue ſimple mortis.
nostre duple tenebris adiunxit. In morte
enim anime ⁊ carnis tenebamur. Unde ad
nos ſuam. i. mortem carnis attulit. et du
plam noſtram diſſoluit. ſimplam ſuam du
ple nostre contulit. ⁊ duplam noſtram moriens
abſtulit. Sepulcrum autem domini domus rotun
da fuit. de ſubiacente rupe exciſa. tante al
titudinis. ut homo rectus conſiſtens uix ex
tenta manu culmen poſſit attingere. In
troitum habet ab oriente. cui lapis magnus
aduolutus. atque impoſitus eſt. In parte eius
aquilonari ſepulchrum. i. locus dominici corpo
ris poſitus eſt. ſeptem habens pedes longitu
dinis. trium palmorum a pauimento men
ſura altius eminet. qui non deſuper ſed a latere
meridiano per totum patet. unde cepius illatum
eſt. colorem habens albo ⁊ rubeo permixtum.
Ad hoc ſepulchrum ſancte mulieres cum aromati
bus uenerunt. ut ei quem uiuentem dilexerant.
etiam mortuo ſtudium humanitatis exhi
berent. Que dixerunt. Quis reuoluet nobis lapi
dem ab hoſtio monumenti? Et reſpicientes:
uiderunt reuolutum lapidem. Nos igitur fratres
karissimi pati primo debemus in cruce corporis
per penitentiam. deinde ſepeliri in ſepulcro
cordis quieti per bonam conſcientiam. ⁊ inuol
ui ſyndone per mentis puritatem. Hoc autem
ſepulchrum non eſt a nobis interpoſitis
terrarum diſcriminibz remotum. Nam
quilibet in corde ſuo tenet ſepulcrum xpiſti.
ſi tale ſit cor. in quo ſic ortus ⁊ monumentum
de lapide uiuo exciſum. i. uere fidei funda
mentum. ⁊ ſanctarum uirtutum delicioſum super
edificium. In hoc cordis noſtri ſepulcro xpiſtus
nobis conſepelitur. cum uera fide fulgentes.

passioni ipsius conformes fieri concupiscim᷒.
Rotundum esse debet. ut non habeat falsi
tatis angulum. rubeo ⁊ albo colore ꝑmixtū.
.i. fide diuinitatis ⁊ humanitatis nostri re
demptoris insignitum. unde in canticꝰ a
moris. Pulcher es ⁊ rubicundus dilecte mi.
Septem pedes longitudinis. ⁊ tres palmas
altitudinis habere debet. que sunt septem
dona spūs sancti. et fides scē trinitatis. De
petra xpō subiacente fundamito excisū. ab
oriente grē celestis habens introitum. aqui
loni .i. dyabolo clausum. austro .i. spui sco per to
tum patefcm̄. hoc est sepulchrum helysei. in
quod latrunculi deferentes cadauer. auditis
a tergo hostibꝫ cadere ꝑmiserunt. quod ut
ossa ipsius tetigit statim uite fuit restitu
tum. Nos sumus latrunculi qui nos ipōs
deo furamur. ⁊ animam nrām cadauer fa
cimus. dum illam carni subdimus. Sꝫ au
dita uoce hostium .i. predicatione eloquio
rum dei. que aduersantur carnalitati
nrē confundimur. caditq; cadauer ī se
pulchrum helysei. cum anima carni subdi
ta ad cor post preuaricationē reuertitur. tac
tis q; ossibꝫ reuiuiscit. cū terrore iudicij cō
fusi. ad ipm̄ qui propter nos sustinuit mor
tem refugimus. ⁊ misericordiam non iudiciū
expectantes. a confusione desperationis reuo
camur. Sicq; tactis ossibꝫ .i. scīs uirtutibꝫ.
quibꝫ caro immo xpī ossa efficimur. a uici
is resurgimus. Ad hoc sepulchrum more
scārum mulierum cum aromatibꝫ uenire
debemus summo mane. orto sole. ut dnī
corpus inungamus .i. nos ipōs. postquā ue
terem hominem deposuimus. ⁊ xpī menbra
effecti sumus. Sicut enim carnem xpī ma
culamus. si libidine despumante carnem
nrām polluimus. Sic dum carnem nrām ie
iuniis ⁊ uigiliis que amara sunt carni
affligimus. non carnem nrām. sꝫ xpī car
nem unctione ꝑfundimꝰ. Deuotionē igi
tur scārꝫ mulierum debemus hrē. ⁊ cum a
romatibus sūmo mane. orto sole ad sepul
chrum uenire .i. illuminata interiori fa

cie. decussis uiciorū tenebris odorē bonorū
operum. ⁊ orationū suauitatem dn̄o offerre.
Tria unguenta ł aromata debem᷒ afferre. Unguentū
deuotionis in corde pure. Unguentū cōfes
sionis in lingua confitentie. Unguentū
pietatis in dextera bene operante. Primū
conficitur ex cōpunctione de memoria pec
catorū. Secūm ex recordatione celestium be
neficiorū. Tercium ex consideratione misero
rum. Primo infundim᷒ pedes ihū. scdo ca
put. tcio totum corpus. Pedes ungit. q xpm
hominē passum credit. Corpus ung it.
qui dm̄ ⁊ hominem xpm credit. Caput un
git qui xpm dm̄ credit. Et merito xpm hiis
tribus unguentis ungimus. qm̄ ⁊ deus un
xit nos tribus modis. Primo oleo legis na
turalis. que significatur oleo infirmorum.
⁊ fit de herbis agrestibus. Scdo unxit nos
oleo scripture legis. que significatur ꝑ oleū
scm̄. ⁊ est melius. qm̄ fit de decem mandato
rum moraliū speciebꝫ. Terciū est in hac uita
optimū. ꝑ quod significatur crisma. qđ est
spē scī gracia. et conficitur de septem donis. .xxxix.
Unde legitur. Fraglans unguentis optimis.
Quarto unguento ungemur in futuro. quod
est glā immortalis. de quo legitur similit.
In odore unguentorū tuorū currimus. Ut
igitur plenius istis inungamur unctioni
bus. predicta unguenta ad sepulchrū dnī
deferamus. ⁊ si non cū quanta debemus.
saltem cum quanta ꝑfectione discretionis
possumus. quod ꝑfigurauit ille nychodemꝰ.
qui ad unguendum xpm quasi centum li
bras myrre ⁊ aloes attulit. In libra enim
discretionis utraq; unctio ponenda est. ⁊ ani
me ⁊ corporis. ut equali trutina inter se co
equentur. ut que anime sunt anime. ⁊ que
carnis carni. quantū debemus exhibeamus.
Caro inungatur myrra ⁊ aloe. que uermes
occidunt. pre nimia sui amaritudine. et
carnem dissolui putredine n̄ ꝑmittunt.
que sunt ieiunia. ⁊ uigilie. Anima uͦ un
gatur consolatione scripturarū. unguēto
orationū. quibꝫ exterminant᷒ musce ma

Tercii efficiencias sequūtur in nobis morali intelligentia
iste mulieres. q̄ s. 9ḡa exparare aromata. Hee nepe
s̄t mens. mari᷒ ⁊ lingua; mens dat nimiū ꝑpe uoluntas.
⁊ parat affectū cōpassionis. zelū iusticie. ⁊ discretionē
cōsilij. Mariᵒ uͦ dat obediam. ⁊ em̄ ī carne cōtinentiā.
ī cb loe pacientiā. ⁊ ī ope ꝑseuerantiā. Porro ligua
tribuit nimiū cōfessionis. ⁊ accipit modū ī correptione.
copiā ī exhortatione. efficaciā ī ꝑsuasione. Hec ē a

larum cogitationum. Ideo autem fiat unctio
ni libra discretionis. quia multi contempla
tionis alis ita carnem sunt egressi. quod exte
riorem hominem permittunt deficere et cor
rumpi. sine quo interior in uia peregrina
tionis sue non potest diu uigere. Alii que
carnis sunt ita carni exhibent. ut spiritum car
nis subiciant seruituti. Intremus igitur
cum his unctionibus sepulchrum cordis. Cui
si lapis suppositus est. i. delectatio carnalis
quam non possimus amouere. utpote mu
lieres. i. fragiles ad angelum magni consilii.
iuuenem. non senem. non infantem clame
mus. ut reuoluat lapidem presse consuetu
dinis. et prementis. ut ingredi ualeamus.
Cui licet lapis nimie grauitatis sit suppo
situs. non tamen desistamus. quia reuolutio
lapidis non in nostra consistit uoluntate. sed in
sola dei inuocatione. Preter hoc sepulchrum
est aliud christi monumentum. ubi querens do
minum inuenit. pulsanti dominus aperit. peten
ti quod querit tribuit. hoc est scriptura. in
qua spiritus uiuificans requiescit. cui suppositus
est lapis littere occidentis. quod clauis dauid
aperuit. hoc cotidie cum unguento bone uite
debemus intrare. ut de cellulis figurarum fauum
mellis ualeamus elicere. Est et tercium se
pulchrum defunctorum. cui debemus assistere.
ut nouissima nostra cognoscamus eorumdem
inspectione. et peccata sollicitius declinare.
De quo Sal. Melius est ire ad domum luctus.
quam ad domum conuiuii. Sunt et alia tria
que debemus effugere. ne in sepulchrum in
ferni unde nemo resurgit contingat nos cor
b ruere. cui superpositus est lapis dampnationis
a eterne. Vnum est ypocrisis simulate. exterius
dealbatum. intus plenum ossibus mortuorum.
qui pro humana laude ante mortem mortis
c se conterunt afflictione. Aliud est accidie.
auaricie. et luxurie. eorum qui male uiuentes
reconditi sunt in domo sicut in conditiuo. qui
uitam suam morti fecere consimilem. Qui
enim luxuriatur. uiuens mortuus est. De acci
diosis et auaris legitur. Maledictus homo

in ciuitate absconditus. His lapis obstina
tionis est appositus. Est et aliud castrimar
gorum. qui fetore proprio se et alios corru
punt. De quibus dauid dicit. Sepulchrum pa
tens est guttur eorum. Ab his fratres karissimi
sepulchris exeamus. si in eis sepulti recondi
mur. et alia monumenta uisitemus. cum
predictis anime et carnis unctionibus. ut cum
christo ad ipsius gloriam sempiternam in carne et
anima resurgamus. Prestante ihesu christo domino
nostro. Qui cum pa. et s. s. v. et r. Fer. ii. Fer. ii.
Duo ex discipulis ihesu ibant in castellum ema
us. Die illa fratres karissimi qua resurrexit
dominus a mortuis. quinque uicibus sui appa
ritionem corporis demonstrauit. Primo in or
to marie. ubi prohibuit ei ne ipsum tangeret.
cum adhuc fidem equalitatis patris et filii
non haberet. Secundo in uia mulieribus. ut ap
paritionem domini nunciarent discipulis in
galyleam tendentibus. et osculate sunt pedes eius.
Tercio petro aspicienti in monumento. Quarto
duobus discipulis. cleophe et luce. in castellum
emaus euntibus. et de christo in uia sermonem
conferentibus in peregrini habitu. Quinto quando
clausis ianuis ad discipulos intrauit. ubi
undecim propter metum iudeorum congregati
erant. ad quos lucas et cleophas in uespere
diei eiusdem uenerunt. et se uidisse dominum
retulerunt. Discipulis ergo de se loquentibus.
suam dominus presentiam exhibuit. Sed quoniam de ipso
dubitabant. cognitionis sue speciem eis ab
scondit. et quia adhuc in cordibus eorum pere
grinus erat in fide. se longius ire finxit. i.
composuit. non quod duplicitatem fecerit.
sed quia se talem illis exhibuit in corpore. qua
lis erat in eorum mente. Qui quoniam cum ipsis christus uer
ba conferret. et duriciam intellectus increparet.
et que de se scripta fuerant aperiret. uocaue
runt eum. et etiam coegerunt ut cum eis ma
neret. In quo innuitur non solum peregri
nos esse inuitandos. sed etiam attrahendos et
cogendos. Quorum precibus satisfaciens dominus cum
eis mansit. et accipiens panem benedixit ac fre
git. et sic ab oculis eorum euanuit. Cognoue

runt itaq; eum in panis fractione que
non cognouerant in expoſitione ſcriptu
re. ex quo colligitur quod non auditores
legiſ iuſtificantur. ſʒ factores. Myſtice p
hos diſcipulos figurantur duo populi. qui
de ierl'm. i. de paradiſo celeſti. ubi adā dm̄
uidebat. deſcenderunt in caſtellū emauſ. i.
ī mundum p tranſgreſſione mandati. ī
adam in apprehēſione ligni ueciti pdidit
ymaginem ⁊ ſimilitudinē dei. quam ge
rebat in obſeruantia precepti. Quibus
dn̄s in hac preſentis uite uia ambulan
tibus pegrinuſ apparuit. quando formā
ſerui accipienſ. ⁊ quod erat manenſ. qđ
non erat induit. a quibus cognituſ nō
fuit quam diu cum eis ſermones confe
rens. ſue carnuſ preſentiam demonſtra
uit. Sʒ ī ueſpe ⁊ occaſu ſue mortiſ. defici
ente in illis luce fidei ⁊ cognitionis. frac
to pane ſui corporis. ab illoꝝ oculis reſur
gendo euanuit. Sicq; cognituſ eſt per fi
dei infuſionem. qui in terris conuerſan
do non eſt notuſ p ſpeciem. Reuerſiq; ſt
in ierl'm. qui ad pacis quam perdiderant
redierunt uiſionē. Morali quoq; inſtruc
tione poſſumuſ ea que dicta ſunt noſtris
moribuſ adaptare. Duo ſiquidē debemus
eſſe diſcipuli. i. gemino caritatiſ amore
circumdati. ſ. dei ⁊ proximi. ⁊ ī uolunta
te cōmuni. Nam ubi eſt uoluntaſ com
munis ibi equitaſ. ex equitate iuſticia. ⁊
caritaſ. que cadenteſ erigit ⁊ ſubleuat. Ve
enim illi qui ſolus ambulat. quia ſi ceci
derit non habebit ſubleuantem. Soluſ am
bulat. qui in ꝓpria uoluntate pſeuerat. ubi
eſt iniquitas que deo reſiſtit. ⁊ obuiat. ⁊
dei ſedem uſurpando eum a ſe exagitat. Vl
ſoluſ ambulat qui peccatum ſuū celat. nec
p confeſſionem querit ab alio ſubleuamē.
Ierl'm eſt uita ſpūalis. in qua uidetur
auctoꝝ pacis. Caſtellum emauſ ē uolū
taſ carnis. ad quā tendentibꝫ aduespe
raſcit. p defectum boni opis. De ierl'm
in emauſ tendimuſ. cum fide ī nobis
exiſtente mortua. i. ſine opibꝫ uitam ſpū
alem egredimur. ⁊ ad uitam carnis labo
ramuſ. Sʒ tunc duo ſumus. cum de moꝛ
te fidei dolentes peccata confitemur. De
miſericordia dei peneſ nos conferimus. ſʒ bo
na non agimuſ. Vnde nobiſ confitentibꝫ.
⁊ dignoſ pnīe fructuſ non facientibꝫ. occ
rit xp̄c pegrinuſ. quoniā fidem opantē
p dilectionem non tenemus. Scripturaſ
nobis aperit. quando quid agendum ē. no
bis inſinuat ⁊ oſtendit. Sed qm̄ in emauſ
tendentes. i. carnalia deſideria repetentes. cl
auſos oculos cordis habemuſ. deum non ag
noſcimuſ. quē tamen aduespaſcente in no
bis luce celeſtis grē. ut nobiſcum maneat
deuotione orationis. mortificatione carniſ.
opibuſ pietatis compellimus. quoniā reg
num dei uim patitur. ⁊ uiolenti diripiunt
illud. Compulſus itaq; nobiſcum manebit
p grām. Benedicet panem. i. ſcīficabit in
nobis bonam opationem. ⁊ franget in ſua
uitatis odorem. ad proximoꝝ cōmunē uti
litatem. Sicq; uidebitur deuſ in opatione.
qui non agnoſcitur in locutione. Regnū
enī dei non eſt in ſermone uerboꝝ. ſed in
uirtute operum. Quo uiſo p fidem. ⁊ cog
nito p opationem. redeamus ſine mora de
emauſ in ierl'm. i. de carne ad ſpm̄ p con
templationē. ut cum dei diſcipulis. i. uir
tutibꝫ clauſo cordis nrī oſtio. ꝓpt̄ metum
hoſtium. uideamus uenientem ad nos. ⁊ di
centem. Pax uobis. ⁊ nobiſcum contēplati
one ſpūaliſ ne lucis epulantem. Nos igitur
fratres kmī exemplo duoꝝ diſcipulorum
hoſpitalitatem amemuſ. p quam abraham
⁊ loth deo placuerunt. ⁊ angloſ in hoſpiciū
ſuſcipe meruerunt. Sit ī nobiſ inuitatio
miſericordie in paupeſ. ⁊ maxime in peregrinoſ.
a quibꝫ non expectemuſ remunerationē. Sit
in nobiſ poſtmodum inuitatio beniuolentie
inter cognatoſ ⁊ amicos. Abſit a nobiſ inuita
tio cupiditatis. ⁊ metrimonie. que fit inter
cupidoſ. Non enim ē miſericordie donū. qđ ſub
ſpe temꝑalis retributionis fuit collatum. .xl.

Fugiamus imitationem luxurie que fit in
ter diuites. quibus dare nil aliud est quam
perdere. Ambulemus per uias prudentie pro
ficientes in opere et sermone coram deo et
omni populo. et primitus coram deo. ut qui
suam faciem nobis abscondit ambulanti
bus in uia. post hanc uitam se ostendat
nobis in patria. Nunc enim peregrinus ap
paret ut exilium nostrum agnoscamus. et col
loquendo corda nostra ad amorem inflammat.
Sed oculos ad ueram sui uisionem adhuc non
reuelat. Et nos in exilio presenti aduene
sumus et peregrini. sicut fuerunt patres
nostri non habentes hic certam mansionem.
utpote de tabernaculo nostro migraturi. Sed
querimus ciuitatem fundamenta haben
tem in habitu peregrini. gerentes pilleum
in capite. sclauinam in humeris. in latere
peram. et in pera panem. et monetam. suc
cinctorium baculum. et sandalia. Pilleus
in capite est castitas in corde. que nos prote
git ab estu concupiscentie carnalis. a turbi
ne sclaris perturbationis. et a pluuia diabolice
suggestionis que cum silentio fluit. Sclaui
na est aspera penitentia quam debemus in
humeris laboris suspendere. et usque ad talum
.i. finem nostre uite in toto operiri corpore. Pe
ra est receptaculum memorie. in qua assidua christi
retractatio debet uigere. qui est panis ange
lorum in lac nobis conuersus. et de die in
diem crescere. Moneta est ipsius humani
tas. cui est impressa diuinitas. Duo uincu
la quibus ad sinistrum latus dependet hec pera.
sunt timor et spes. quibus in hac presenti ui
ta deus in nostra collocatur memoria. hanc
in pera cordis nostri monetam iusti noscunt
et angeli. qui suam uendunt hominibus ius
tis deuotionem. et eorum emunt caritatem.
quoniam placet angelis fides. et bona operatio iusto
rum. pro quibus deo deuote supplicant. Suc
cinctorium est continentie zona. per quam
lumbi accinguntur. ne defluant in luxuria.
Baculus est in manu uerbum dei in opere. quod
manet in eternum. cum transeat celum et

terras quo fulcimur. et defectus nostros susten
tamus. Rotundus debet esse superius. ut tenea
tur firmius. In medio planus ne ledatur
manus. In fine acutus. Primo enim uerbum
dei nos allicit. postea regit et corripit. tandem
minatur et pungit. iuxta illud. Attrahe. sus
tenta. stimula. uaga. morbida. lenta. Sanda
lia pedum habentia subtus soleas. et desuper
aperturas. sunt utriusque testamenti scientia. qua
anime pedes .i. affectus calciati esse debent.
ut frigus ignorantie et infidelitatis arceatur.
ut a spinis et tribulis .s. a diuitijs. et peccatis.
non pungantur. ut a ueneno serpentis non infici
antur. quod est uirulenta suggestio temptato
ris. Sed tecta eorum nuditate. clausa mun
di uanitatibus. soli deo sunt apti. Sic igitur
fratres karissimi peregrino christo prebeamus hospitium.
cum eodem in hac uia peregrini. ut in uespe
re uite huius nobiscum maneat. ut in iudicio non qua
si peregrinos nos nesciat. sed ut proprios ad regnum
sempiternum recipiat. Ubi cum patre et spiritu sancto uiuit
et regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen. FR. IIII

Stetit ihesus in medio discipulorum suorum. et
dixit illis. Pax uobis. Mediator dei et ho
minum christus ihesus. qui triplicem fecit pa
cem. Unam inter deum et hominem. Aliam inter
angelum et hominem. Tertiam inter hominem et
hominem. Mox post resurrectionem suam discipulis
suis pacis gaudia nunciauit. quibus pacem
commendauerat pectoris. ut per illam peruenirent
ad ineffabilem pacem. que est pax eternitatis.
Pax anime et carnis. munda et pudica. ordina
ta et eterna. quam nec erugo iracundie. nec ti
nea demolitur inuidie. que non inuenitur
in terra suauiter uiuentium. qui pacem tantum
carnis habent. et in suis desiderijs lasciuiunt.
qui blanda uoluptate carnis resoluuntur. super
bis honoribus extolluntur. metu futuri iudi
cij non terrentur. opulentiam habentes in
rebus. fecunditatem in propagine. uitam lon
gam. salutem continuam. et in pace diutur
nam tranquillitatem. Hec pax non est intro
ductoria ad pacem eternam. sed ad ignem eter
num. et dolorem sempiternum. Sed est alia pax

FR. iiii.

mentis tantum munda ab omni mala
cogitatione. pudica ab omni adulterina
delectatione. vera. sine simulatione. ordi
nata in caritate semplena. tam non certa
cum caro repugnet anime. Sz tam intro
ducit ad gl(ori)am pacis plene et eterne. qua(m) pa
cis auctor et nu(n)cius nunciauit suis discipulis. stans i(n)
medio eor(um) dicens. Pax uobis. pacem habe
atis in mente. quam perturbat incredulitas
resurrectionis mee. Conterritis aut(em) disci
pulis. et sp(iritu)m se uidere estimantibz. ad co(n)fir
mandam resurrectionis fidem. uerba d(omi)n(u)s ex
hortationis attulit. et sue uestigia passionis
non solum intuenda. sed etiam palpanda de
monstrauit. que quatuor de causis reserua
uit. Prima. ut discipuli cognoscerent no(n) spi
ritu(m) sine corpore. sed corpus e(ss)e sp(irit)uale. et sic
predicarent hominibz certam spem resurrec
tionis future in menbris. que facta est in
capite. Secunda causa. ut patri que(m) pro nobis
interpellat. quantu(m) pro humana salute labo
rauerit demonstraret. Tercia. ut electi uide(n)
tes illa. gr(ati)as agere non desistant. Juxta il
lud. Misericordias d(omi)ni in eternum cantabo. Quar
ta. ut reprobi i(n) iudicio uidentes in que(m) trans
fixerunt. se iustissime dampnatos intelligant.
Preterea nequid in mente ambigui disci
pulor(um) resideret. sumptis epulis comedit d(omi)n(u)s
cum eis. non quod necessitatem et si faculta
tem uescendi habuerit. sed ut refectione cibi
ueram sui corporis resurrectione(m) co(m)probaret. q(ui)
cibus sicut aqua missa in ignem (et) uirtu
te sp(irit)uali est absumptus. Nostra tam(en) corpora
post gl(or)ificationem. quia nulla necessitas erit.
nullis indigebunt alimentis. ubi d(eu)s cibus
n(oste)r erit. Sicut legitur. Saciabor cu(m) apparue
rit gl(ori)a tua. Omnis itaq(ue) simulationis scru
pulus submouetur. cu(m) xp(istu)s uidetur. palpatur.
cibo reficitur. exhortationis sermones largi
tur. Comendauit aut(em) d(omi)n(u)s suis discipulis
semel et iterum et tercio pacem. ut insinua
ret auferendam trina(m) p(ri)mor(um) parentum
maledictionem. Que sunt. Maledicta sit t(er)
ra i(n) ope(re) tuo. In dolore paries. In sudore uul

tus tui uesceris pane tuo. At nos fr(atr)es k(arissi)mi spreta pa
ce carnis. apprehendam(us) pacem mentis. car
nem n(ost)ram. i. carnis desideria sup(er) terram mor
tificantes. et in nouitate sp(iritu)s ambulantes. No(n)
enim sumus debitores carnis. ut sec(undu)m eam
uiuamus in desideriis suis. Sed sp(iritu)s interioris.
quia d(eu)s sp(iritu)s est. et qui adorat eum adorat i(n) sp(irit)u.
et ueritate. Claudamus ianuas mentis n(ost)re.
ne introeant inimicor(um) insidie latentes. clau
so enim cubiculo debem(us) ad patrem orare. ut
sic ih(esu)s ad nos ueniat. et stans i(n) medio cordis
n(ost)ri dicat. Pax uobis. Ego sum. Nolite time
re. Videte me. et palpate. Pacem ergo cu(m) om
nibus habeamus. ut sic a nobis uideatur d(eu)s
p(er) fidem. Palpetur p(er) eiusdem dignam sump
tionem. reficiatur p(er) impensam pauperibus
misericordiam. consoletur nos p(er) doctrinam. et de
pace pectoris perducat nos ad pacem p(er)petuam.
ubi omnem a nobis auferet culpe et pene maledictionem.
Qui cu(m) patre et sp(irit)u s(an)c(t)o u(iuit) et r(egnat). Fr(ia) IIII

Uenite benedicti patris mei percipite
regnu(m). et cetera. Regnu(m) istud fr(atr)es ca
rissimi ad quod uenire commonemur.
et gl(ori)am ipsius percipere. non est de hoc mundo.
qui fugit. et labitur. et cadit. que(m) fugientem
sequimur. cui labenti inheremus. cum quo
cadente cadim(us). cadentem retinere no(n) pos
sumus. Sz est regnum superior(um) ciuium ma
nens. immo permanens in eternum. Solem
habens p(er)petuum qui eclypsim non agnouit.
luna(m) que nec cessat. nec deficit. stellas num
quam occidentes. sz fulgentes i(n) p(er)petuas et(er)
nitates. emissiones aquaru(m) uiuentium. or
tum deliciarum. paradisum [illegible] maloru(m)
punicor(um) cum pomor(um) fructibz. Fluuium le
tificantem ciuitatem dei. in cui(us) stillicidiis le
tabitur germinans. Hoc regnu(m) inuenitur
in terra uiuentium no(n) mortuor(um). quia non
mortui laudabunt te d(omi)ne. Terra diuiciar(um)
nullo indigens labore. omniu(m) bonor(um) refer
ta plenitudine. qua(m) primus adam perdidit.
et secundus inuenit. Immo ab illo p(er)ditam restau
rauit. que beatos suos efficit possessores. i(m)
mortales. gl(ori)osos. creatoris et redemptoris n(ost)ri

+ terra promissionis ubi et beati. in egipto sarraceni et cedi. in deserto esurimus et laboramus.

pretiosos dilectores. De qua dicit malachias. Beatos uos dicent omnes. quoniam eritis terra uoluntaria. Hec est terra promissionis uita eterna. cuius introitus est perseuerans gratia. In hac terra situm est regnum hebreorum. i. uere transeuntium. qui transeunt de bono in melius. de meliori in optimum. Salientes sicut hynnulus ceruorum in montibus. et transilientes colles. Sicut cerua matutina. transeuntes queque obstantia. desiderantes ad deum fontem uiuum. quemadmodum ceruus ad fontem aquarum. Ad hoc regnum peruenire non possumus nisi exierimus egiptum. et per desertum transierimus. in manu moysi mare rubrum diuidentis. in ducatu columpne gressus nostros precuntis. In egipto sumus serui et miseri. in deserto miseri et liberi. In terra promissionis saciamur et quiescimus. Inde est quod in principio mundi primum deus creauit confusionem. postea operatus est dispositionem. deinde suscepit requie[illegible]tionem. Egyptus quod interpretatur confusio. Est mundus confusione plenus. in quo sumus serui et miseri. quia in luto et latere et palea seruimus pharaoni. Hic est funiculus triplex qui non dirumpitur ex facili. quo peccatores trahunt reddam dyaboli. dum de luto sordide cogitationis. et palea consentientis uane uoluntatis. per ignem male actionis efficitur later obstinationis. quem lauare dicitur. qui peccata sua inutiliter confitetur. quod facit qui peccata tegit et defendit. Vel per lutum peccata carnalia que inquinant sicut lutum. intelliguntur. Per laterem peccata reuocata designantur. que grauiora sunt post penitentiam. quam ante penitentiam. quia nemo manum ad aratrum mittit. et respiciens retro aptus est regno dei. Per paleam spiritales nequicie. que celestes mentes inuadunt. et uento superbie et inanis glorie in sublime erigunt. De hac egypto exire debemus. si ad terram promissionis ubi regnum dei percipitur peruenire uolumus. Egyptum uero nequaquam exire poterimus. nisi egypti symulachra deseramus. Symulachra auaritie. uanitatis. et

inmundicie. Exeamus igitur triplici exitu; ab erroneis ad uera. a caducis ad permanentia. ab inmundis ad munda. In primo deseramus ydolum cupiditatis. In secundo fugiamus ydolum falsitatis. In tercio repellamus ydolum tentiginis et uentris. Ingrediamur mare rubrum. quod est mare penitentie et afflictionis. ubi in uirga moysi que est iudicium discretionis diuidantur aque ab aquis. i. uirtutes a uiciis. et meliora a magis bonis. ut conuenientibus in unum aquis lacrimarum et gratiarum submergantur nostri egyptii. i. peccata anime et corporis. ita quod nec unus remaneat. quin expiatur aqua confessionis et doloris. Beati enim sunt. quorum remisse sunt iniquitates. et quorum tecta sunt peccata. Precedat gressus nostri itineris columpna ignis et nubis. in umbra ab estu diei. i. in refrigerio gratie preuenientis. a calore humane temptationis. et tota nocte presentis uite in illuminatione caritatis. Sequamur moysen. i. christum in deserto. relicto latere. palea. et luto. Egrediamur amari in heremum. et sollitudinem. a uiciis duobus modis ascendendo. id est a carne ad spiritum. a natura ad id quod est supra naturam. Primo per carnis mortificationem. Secundo per diuine legis meditationem. quoniam pinguis uenter non generat sensum tenuem. In deserto non moramur. nisi a peccatis et possessionibus exuti. contemptum habeamus seculi. quem si habuerimus. tunc de celo manna dominici corporis missum digne suscipimus. et aquam uiuam. et in uitam eternam salientem. ad refrigerium nostre sitis hauriemus. et sic operante dei clementia. egrediemur a deserto nostre carnis. et uite presentis. in terram promissionis. fluentem lacte humanitatis. et melle diuinitatis nostri redemptoris. Egrediemur autem unico egressu a morte ad uitam. per gloriosam utriusque nature resurrectionem. Hic est triplex noster exitus. ab egypto. a mari rubro. a deserto. In exitu de egipto. de tenebris ad lucem educimur. In exitu a mari rubro. de uirtute in uirtutem deducimur. In exitu de deserto. a mundo ad patrem benedicti adducimur. A quo stolam et anulum suscipi

sensu

primus! qui eius porcione quam dederat no
bis, ꝓfusa in longinqua regione dissimilitu
dinis mansionem fecimus. Ideo autē triplex
est primus egressus. Scds duplex. Tercius
unicus. quoniam in terra egipti tribus uin
culis obligamur. mundo. carni. & dyabolo.
In mari penitentie duobus. Satisfacere e
nim pro commissis debemus! & p delictis.
Carne & mundo tenemur! ut carnis indi
gentiam subleuemus! & ī mundo nō scdm
mundum uiuamus. In terra deserti. carni
tantū alligamur. Vbi carni soluentes debi
tum. hominum multitudinē fugimus! &
soli cum solo deo uitam cōmunem ducim9.
a quo uinculo mortis interuentu dissoluim̄.
Et si in benedictione celestis grē decedimus!
ad regnum patris nr̄i quod nobis paratum
est ab origine mundi ꝑuenimus. Potest
etiam p hec tria loca designari triplex uita.
Sclaris. que est egiptus. Spūalis. que est
heremus! Celestis. que est ꝓmissionis tell9.
In prima est confusio. In scda exercitatio! In
tercia requietatio. Prima in tribus atten
ditur. In corpis uoluptate. In uentris satu
ritate! In honoribus & seculi dignitate. Scda
in tribus consistit. In uerbo scē predicationis.
In exemplo bone conuersationis. In suffragio
orationis. Tercia in tribus dinoscitur! In
diuina contemplatione. In dilectione. In per
petua dei fruicione. Egrediamur & frēs ka
rissimi egiptum uite sclaris. p penitētiam.
transeamus ad heremum uite spūalis. Per
serenatam conscientiam! Ingrediamur ter
ram ꝓmissionis. que est uite celestis. p om
nimodam rerum sclarium abrenunciatio
nem. ut sic ad eternam celestis regni consce
damus glam. ad patris nr̄i dexteram! Vbi
sedens ihc xpc dns nr̄. nos transferat se
cundum suam ꝓmissionē. Qui cū pa. & s. s.

Qvasi modo geniti **ī oct̄ pasce.**
infantes. lac concupiscite! ut in eo cre
scatis in salutem. Exuti frēs kmi uetēm
hominem cum actibz suis. & induti nou
um hominē. quasi modo geniti sumus! &
lac in quo salutis recipitur incrementū.
more infancium sine dolo existentes cō
cupiscere debemus. Qui enim ueteri ge
neratione geniti eramus. nunc expul
si ea in nouam translati creaturam! no
uam adepti sumus generationem. Siq̄
dem uetus generatio fuit mortalis gene
rans in seruitutem peccati. & in mortem
dampnationis. qua nascebantur omnes.
& adhuc nascunt filii ire. Sz p lauachrū
scī baptismatis renati sunt ex spū scō fi
lii grē! ut demum accepta ꝑfecta liberta
te. efficiantur filii pacis & glē sempitne.
Quod qualiter fiat liquidius constabit.
Si ad matrem carnalem! attendatur simi
tudo matris spūalis. Siquidem sacrosca
mater nr̄a spūalis eccl̄ia quibusdam fru
itur tempum obseruantiis. sicut genitx
materialis! In cui9 generatione quinq3 dis
tinctiones obseruantur in tempe. Prius
enim puer concipitur. Scdo quibusdam
secretis pabulis educatur. Tercio ī lucem
emittitur. Quarto lactis alimento cōfo ·xlij·
uetur! Quinto cibis solidis applicat. ut
ad mensam patris accedat. & cibis com
munibus utatur. Sic quos mat eccl̄ia
nutrit. & educat. prius in cathecismo cō
cipit uerbo dei spūalem intelligentiam
seminantis! in quo quasi in utero cōfo
uentur. dum xpiane fidei rudimentis
informantur. Debent autem instrui scrip
turarum intellectu quadriformi! historia
li. & allegorico. morali & anagogico. Docto
ris enim officium debet esse. ut pmo in
struat cathecuminū de sua formatione.
in quanta fuerit formatus dignitate. de
inde quomodo ceciderit. ut non consentiat
carnis Sicut adam desideriis. sz ad formā
pristinam possit restaurari! quod innuit
prima lectio in sabbato paschali agens de
generatione hominis. postquā orat sacer
dos deum. qui mirabiliter hominem crea
uit & redemit! ut homo regenerand9 resistat
cont oblectamenta scli. A doctore igitur

habet cathecuminus doctrinam. A sacer
dote impetrat confirmationem ad gratiam.
Secundo debet instrui cathecuminus de sua re
demptione. ut qui formationem suam au
diuit in prima lectione. quod sicut populum
israeliticum liberauit dominus de manu pharao
nis. sic posse eum liberare de manu dyabo
li. per aquam baptismi. Unde sequitur canti
cum uictorie. Cantemus domino. Pro forma
tione et liberatione. que doctrina confir
matur a sacerdote. sic deprecante. Deus qui
populo persecutione egiptia liberando. dexteram
tue potentie contulisti. Post cathecumi
nus debet doctrinam suscipere. de sacramen
tis Christi et ecclesie. quod in .iiii. innuitur lecti
one. Qua dicitur. Apprehendent septem
mulieres uirum unum. Quod secundum histo
riam non legimus factum. Sed in Christo cogno
scimus allegorice completum. quem appre
hendent septem dona spiritus sancti. et sic habet sa
cramentum Christi. Sacramentum uero ecclesie
subditur. ubi dicitur. Cum abluerit do
minus sordes filiarum syon. et sanguinem ie
rusalem lauerit de medio eius. spiritu iudi
cii et combustionis. Hic enim demonstratur
quod cathecuminus amare debeat. ut per spiritum iu
dicii et combustionis purgetur in baptismo a
minoribus et maximis peccatis. Unde sequitur
canticum. In quo continetur synagoge sacramen
tum. scilicet Uinea facta est. Que licet modo non sit
uino uincta. tamen erit. cum plenitudo genti
um ad fidem intrauerit. Propter hec duo sacra
menta. ecclesie. scilicet et synagoge. orat sacerdos di
cens. Deus qui ad celebrandum paschale sacramen
tum. quo doctor docuit remissionem accipere
gentes per christianitatem. et iudaycam plebem. que
dicitur. uinea soreth. et ecclesia. uinea domini saba
oth. Sequitur. ut postquam cathecuminus de pur
gatione baptismatis fuerit doctus. instruatur
de moribus. et de patria celestis muneribus.
Sicut lectione sequenti refertur. Qua dicitur. Audite au
dientes me. et comedite bonum. et delectabitur
in crassitudine anima uestra. In quo notandum
est. quod sicut due prime lectiones propter historicam

narrationem. uno cantico concluduntur. Sic il
ta una propter duas sibi unitas. scilicet propter bonos
mores. et celestem patriam in duobus dilatatur.
et pene eadem in lectione et in canticis repperies.
Dicit enim lectio. Omnes sicientes uenite ad
aquas. Canticum. Sitiuit anima mea ad deum
uiuum. Iam est cathecuminus in ipso ostio baptis
malis introitus. Et ideo sacerdos qui sentit eum
ex deuotione animi uocatum. orat dicens. Con
cede propicius. ut quos aqua baptismatis abluis.
Instructus itaque cathecuminus de premiis futuris.
et ea uita que futura est in celis festinans ad gra
ciam sancti lauachri. Post ammonitionem doctoris ait.
Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum. Id ip
sum sacerdos desiderans deprecatur cum dicit.
ut qui festa paschalia agimus. Post cathecis
mum paruulus exorcizatur. ut eiciatur dyabo
lus hospes antiquus. et ingrediatur eo expulso
spiritus sanctus. Unde et ignis in exorcismo ponitur. ut
pena dyaboli designetur. qui in eo punitur. quod
potestas quam habuit ab eo subtrahitur. In ca
thecismo autem ideo sal ponitur. ne amplius
propter sapientie discretione stultiloquia que
cordi non consonant. ore pueri proferantur.
Nam sicut sine sale omnis cibus est insipidus. Ita
sine discretione sapientie insipidum est om
ne opus. Sic igitur in cathecismo in matre
ecclesia homo concipitur. dum quod credere de
beat instruitur in exorcismo. in oratione for
matur et papitur. ut per baptismi consequentis
gratiam. in lucem uirtutum renascatur. Ubi quatu
or sunt necessaria. Aqua. verbum. Spiritus. effusio
dominici sanguinis. In aqua et uerbo tantum bap
tizabat iohannes. Cuius baptismum uicem tantum
cathecismi continebat. quoniam ad baptismum Christi tan
tum instructio et preparatio erat. In aqua. et
uerbo. et spiritu baptizabant discipuli ante passio
nem domini. qui mundante spiritu interius. baptiza
bant exterius. Sed cum morientes ad inferna des
cenderent. nondum reserabatur paradysus. Sed
ad efficaciam baptismi subsecuta est effusio san
guinis dominici. ut ad inferna non descenderent
quotquot essent saluandi. Preueniunt autem bap
tismum. consecratio aque. et inunctio bapti

zandi/ qui inungitur in tribus locis. In pec
tore. sup scapulas/ ⁊ in summo capitis. In con
secratione deponitur sacerdotis. in aqua suauis
anhelatio. p quod significatur fidelem posse le
uiter expellere dyabolum/ sicut ibi expellitur.
Cereus similit ponitur in aquis. qm contac
tu sui corporis xpc aquas sanctificauit/ ⁊ uim
regeneratiuam contulit eis. Representat etiã
columpnam nubis, et ignis/ que filios isrl exeũ
tes de egipto precessit/ ab estu, diei, eos ptegens. ⁊ in
nocte lucem faciens. Sic ⁊ xpc de ape uirgine na
tus. ⁊ candela dictus, est ppt ceram humane fragili
tatis. ⁊ ignem diuinitatis/ ab estu uicioꝝ nos
ptegit. ⁊ illuminat in obscuritate uite presentis.
Crisma quoque in aqua funditur in signũ/ quod
terrenis celestia p fidem baptizatis copulant.
Id quod in baptismo geritur p insufflationẽ aque.
per crucis significationẽ. p cerei descensionẽ. per
crismatis infusionem/ quod gestum est noe tẽ
poribz. cum columba spirituũ. columpna arche sa
lutare crucis lignum. ramus oliue. lumen et
num misericiamque significaret. ⁊ inmortalita
tis premium. At tamen sciendum est quod aque
consecratio non ptinet ad efficatiam baptismi/
cum in aqua non consecrata non minus ualeat sa
cramentũ effici. Nec licet in alio liquore baptiza
ri quam in aqua pura/ siue sit de mari uel de
fluuio. uel de niue. uel de glacie. Post consecra
tionem aque. sequitur baptizandi inunctio/ qui
ideo inungitur in pectore/ ut deinceps sit imu
nis ab omni uana ⁊ peruersa cogitatione. Sup
scapulas/ ut ea pars qua firmius onera sustinẽ
tur. fortior ad tolerandũ iugum dñi reddatur.
In sũmo capitis/ ut omne donũ pfectũ ⁊ omnẽ
datũ optimum de sursum dari designetur. Sicque
ad baptismũ accedit/ ut de tenebris uicioꝝ
ad lucem gre perducatur. In baptismo itaque bap
tizandus sup fontem patulis. ⁊ expansis ma
nibus eleuatur/ p quod crucifixus mundo et
ei mundus designatur. Ter in aquã mergitur/
⁊ in ultima inmersione tm totus aque suppo
nitur. p quod passio. mors. ⁊ sepultura xpi figu
rantur. In sepulchro latuit xpc. iam iacens
ab omni passione quietus/ ⁊ nos post uite hu

ius passiones. ⁊ mortem sepulti ab omni qui
escimus passione. Post baptismũ puulus al
ba ueste desup intexta rubeo filo induitur/ p
cuius candorem innocentia uite deberi ei ostẽ
ditur. Que qm inefficax est nisi fide xpi mu
niatur/ ideo sursum de rubeo filo intexitur/ cui
rubore effusio diuini sanguinis designatur. Ideo in
sũmo texitur. ne fides xpi tanquã ignominia ta
ceatur/ Sed tanquam principatus ubique predice
tur. Celebratur autem hoc sacramentũ sollempnius
in sabbato pasche ⁊ pentecostes/ qm in effusione
sanguinis dominici. ⁊ missione spc sci pficitur.
P sabbatum futura requies in etate septima
figuratur. Omni tamen tempore licet bapti
zari exigente causa necessitatis. ⁊ omni pso
ne. qua causa excepta quatuor psone exclu
duntur. Abbas ⁊ abbatissa cũ monachis ⁊ mo
nialibus. Item infideles qui nec ueri possunt
esse testes. Item nõ confirmati. Item coniugati
nisi uotum prius emiserint castitatis. Cũ enim
spales parentes alicui effecti fuerint/ nõ licet
eis de cetero carnalem coplam opari. Ad leuã
dum quoque puulũ de fonte potest unus suffi .xlij.
cere. Sed qm in ore duoꝝ uel triũ, testium stat omẽ
uerbum/ admittuntur unus masculus ⁊ due fe
mine. nec plures/ ne carnalis copla p spualem
coniunctionem impediatur. Nec hoc quidem bo
num est. quod aliqui de cognatione sua aliquos
leuant de fonte/ qm caritatis dilectio p bap
tismum debet extendi. Igitur regeneratus
homo malicia puulus/ lac debet concupiscere.
⁊ sugere de duobus eccle matris uberibus. que
sunt duo testamenta/ in quibus simpliciter ⁊ hu
militer ambulans. que uiribz suis competant assu
mat. ⁊ ad sobrietatem sapiat/ ne si ultra uires
ascenderit infirmus deficiat/ Sed eo usque simpli
ci doctrina se reficiat. donec ualidiori fruens in
genio ad mensam patris accedat/ ubi misteri
um, summe, trinitatis exhauriat/ in quo salutis incre
mentũ accipiat. Preter has duas generatio
nes. naturalem. s. ⁊ baptismalem/ sunt alie due
generatio culpe. ⁊ generatio gre. mortalis/
qua quis nascitur ad mortẽ anime. ⁊ uitalis
ad uitam gre. Mortalis est ubi dyabolo ma

lam suggestionem in anima seminante uo
luntas iniqua concipitur. consensu peruerso. et
delectationum pabulis enutritur. Sicque nas
citur amor mali. cum sorore sua inuidentia. Il
le delectatur malo alieno. Ista cruciatur bono
alieno. Deinde odium cum detractione. postea
dolus cum adulatione. et recto ordine. Nam qui
ueneno dyabolice suggestionis perfunditur. amat
nocere. Et statim inuidet si quod cupit non ua
let implere. et sic odit et detrahit. dum uulne
rando proximi famam. mendaciter ipsum repre
hendit. Qui adhuc si non proficiat. cor et linguam
duplicat. dum aliud agit. et aliud simulat. ut
quem pungendo non leserat. unguendo fel pro
pinet. tandem nascitur obstinatio et desperatio.
Nam si uoto fruitur in operando malum obstina
tur. Si autem quod intendit non assequitur. et
in puteum desperationis labitur. Hec est ge
neratio que ducit ad mortem. Propter quod di
cit petrus. Deponentes omnem maliciam. dolum.
simulationes et detractiones li, de, et inuidiam. Hanc igitur generationem
mortis fugientes. apprehendamus uitalem.
que ducit ad uitam perpetuam. que cotidie
perauitur in conuersis ad penitentiam. quando
uerbo dei timorem seminante. cogitatio boni
concipitur de peccatis amouendis. et de bonis
adipiscendis. Cuiusmodi cogitatio bona uolun
tate fouetur et formatur. consensu pie delec
tationis perficitur. per amoris desiderium par
turitur. et in lucem bone operationis deducitur.
Sicque duobus lactatur uberibus condescensionis.
unde sugit lac consolationis. et congratulati
onis. [illegible] lac consolationis. ut com
patiatur pacientibus. et congratuletur cum bene
operantibus. Habet itaque infantiam. uirtutem
humilitatis. De qua legitur. Estote paruuli ma
licia. pueriliam. mundiciam cordis. Adoles
centiam perfectam miserationis. Iuuentutem. pa
cientiam laboris. Senectutem. longanimita
tem expectationis. Senium uero. consummationem
boni operis. Hec est rectior generatio. que in
uita presenti benedictionem meretur. et bene
dicetur in futuro seculo. Deposita itaque pra
ua et exasperanti generatione. queramus gene

rationem gracie. ut in ea crescentes in salutem.
perueniamus ad generationem glorie. Quam dig
netur nobis prestare ihesus christus dominus noster. Qui cum
patre et spiritu sancto. v. et r. Dnica .ii. d. ij.

Misericordia domini plena est terra. Licet cunc
ta opera saluatoris miseratione et miseri
cordia sint plena. tamen in tribus inuenitur.
operibus ipsius miserationis excellentia. In nati
uitate. In passione. In resurrectione. Nasci enim
uoluit. ut nos baptismali ac spirituali generatione
nasci faceret. Passionem mortis pertulit. ut auc
torem mortis. scilicet dyabolum nobis subiceret. et
causam mortis que est peccatum in nobis des
trueret. Resurrexit. ut omnis qui credit in
eum pie. et perseueranter. cum ipso resurget. in
presenti ad graciam. in futuro ad gloriam inmortalem.
Hec sunt tria specialiter christi opera. in quibus bo
ni et pii commendatur pastoris benigna mise
ricordia. qui ouem perditam quesiuit. erran
tem reuocauit. inuentam suis humeris ad
ouile reportauit. Quesiuit nascendo. reuoca
uit moriendo. Reportauit ab inferis resurgen
do. Quesiuit. et recepit in campis silue. i. genti
litatis inculte. et uastitatis mundane. Reuo
cauit de longinqua regione. de ualle ydolatrie.
Reportauit de tenebris gehenne. in quo factus
est pastor ouium. qui rex est angelorum. Sed qua
rum ouium. Infirmarum. Mansuetarum. Munda
rum. fecundarum. ut esset infirmus cum infir
mis. mansuetus cum mansuetis. mundus cum
mundis. fecundus cum fecundis. Ad similitu
dinem ouis que est animal. de facili infir
mum natura. mansuetum. et mundum. ac fecun
dum. In infirmitate compassionis pietas.
In mansuetudine humilitas. In mundicia
castitas. In fecunditate designatur caritas.
De prima legitur apud apostolum. Quis infirma
tur. et ego non infirmor. De secunda dicit dominus.
Discite a me quia mitis sum. et humilis corde.
De tercia. Beati mundo corde, De quarta dicit
apostolus. Genui uos in uinculis caritatis., Com
passio debet esse duplex. De infirmitate propria.
et de infirmitate aliena. Humilitas similiter
duplex. ut preesse non appetas. ut subesse di

ligas. Multi enim preesse nolunt. fugientes
laborem. non honorem. qui tamen subesse dedig
nantur. Qui quando in precepto obedientie
murmurant. quasi ad passionem ducti recal
citrant. Hii non sunt oves. nec illius imita
tores qui ad occisionem ductus est. et sicut ovis
coram tondente se obmutuit. Sic castitas debet
esse duplex. Una foris. per mundiciam operis. que
est abstinere a malo opere. Alia intus. per mun
diciam cordis. que est sincerum esse a vana de
lectatione. Item caritas duplex. pius affectus
in deum. fructuosus in proximum. Has oves
bonus pastor cognoscit. et hee cognoscunt eum.
Cognoscitur autem creatura a creatore quatu
or modis. per predestinationem. sicut moyses
qui ait. Aut dimitte his. aut dele me de li
bro vite. Item per presentem iusticiam. sicut
iudas. Unde. Gaudete quia nomina vestra scripta
sunt in libro vite. Loquebatur autem omnibus inter
quos iudas erat. Item secundum opinionem huma
nam. et non secundum rem. Unde hiis qui scripti
videntur. per prophetias. et miracula dicetur in fu
turo. Amen dico vobis. nescio vos. Item per
flagellationem. Unde. Flagellat deus filium quem
diligit. Cognoscitur autem deus ab homine
per naturam et per gratiam. Duobus modis per
naturam. ratione interiori et creatura exteri
ori. Similiter duobus modis per gratiam. scilicet per doc
trinam. et per inspirationem. Ratio namque deum
investigat. creatura approbat. doctrina expli
cat. inspiratio confirmat. Qui ergo deum sic agno
scunt. christum pastorem habent. qui nos pascit tri
bus modis. per sacramentum. per verbum. per spi
ritum sanctum qui omnia in se gessit. que pastori
conveniunt ad ornatum et officium. Coronam
de floribus in capite. cornu in humeris. peram
in latere. fistulam in una manu. et pedum
pastoralem. scilicet baculum. in manu altera virgam.
et canem vinculo alligatum. Erectus etiam ste
tit. ut incursus luporum previdendo arceret eos
ab ovibus suis. Corona eius est inmortalis gloria.
quam circumstant rose martyrum. lylia virginum.
viole confessorum. crocus angelorum. Cornu in hu
meris. predicatio fulgens in exemplis. qua

cepit facere et docere. per quam revocat errantes.
et excitat pigros. instruit indoctos. et arguit
obstinatos. consolatur mestos et exhortatur bo
nos. Pera est humanitas sub qua latuit di
vinitas. panis angelorum et hominum. Fistula.
organum spiritus sancti. compactum ex septem vocum
consonantiis. que sunt septem dona spiritus sancti.
Baculus est lignum crucis. per quam inferni con
fregit claustra. et potestates aerias debellavit.
in qua caro eius pependit. in qua erectus fuit.
pro tuendis ovibus et arcendis lupis. id est spiritibus
malignis. Virga. inflexibilis iusticia. que bo
nos regit. et malos tanquam vas figuli confrin
git. Canis. apostolorum chorus. predicatione latus
bolismum habens. vulnera peccatorum lingens.
et lupos abigens. De quibus legitur. Ad vesperam
patientur famem ut canes. et circuibunt civitatem.
id est ecclesiam. in cuius corpus ut fideles traherent.
sitiebant. cum eos a via veritatis declinare
conspicerent. Vinculum est amor indissolubilis. quo
pastori suo fideliter adherebant. Ab hoc pastore sum
mo. et rectore. pastores et doctores instituti sunt
prelati ecclesie. qui oves sibi commissas principis pas   .xliiij.
toris exemplo regere tenentur. et pascere exem
plo bone vite. et conversationis sancte. pia exhorta
tione. que fit docendo. et moraliter instruendo. ora
tione pro illis supplicando. Corona eorum esse debet
vite perfectio. sanctorum exemplis illustrata. virtu
tibus insignita. ac moribus adornata. videlicet
innocentia abel. mundicia enoch. spe noe.
obediencia abrahe. coniugali castimonia ysaac.
qui unicam sibi virginem desponsavit ecclesiam.
Item labore iacob. benignitate ioseph. man
suetudine moysi. paciencia iob. Cornu in hu
meris labor spiritualis. quo sic carnem excedant.
ut sicut cornu carnem excedit. sic spiritum carni
superiorem faciant. Tria autem onera ferre debent
laborum. peccatorum proximorum. et septure pre
ceptorum. Panis in pera. est verbum dei in me
moria. quod semper promptum sic habeant.
ut parati omni poscenti rationem respondeant.
Si enim pro pane domum irent. id est si ab aliis doc
trinam quererent. interim lupi relictas oves
invaderent. Fistula septem vocum est vox sep

tem petitionum quarum tres pertinent ad
acquisitionem boni, tres autem ad remotionem
mali. media per quam bona acquirimus. et
mala fugamus. huiusmodi petitiones in dominica
oratione continentur. quam pastor se et subditos
ad deum debent dirigere. Baculus est christus
qui non est fragilis ut egipti baculus arun
dineus. sed columpna immobilis. firmamen
tum veritatis. cui siquis innititur firmus et
stabilis invenitur. Virga modesta increpatio
non vehemens. Rotunda superius. plana in me
dio. acuta in fine. alliciens. regens. et pungens.
Iuxta illud. Attrahe. sustenta. stimula. vaga.
morbida. lenta. Canis est zelus. quem debet
incitare contra hereticos. et quoslibet christi adver
sarios. sed vinculo rationis debet astringi. ne
procedat ultra mensuram et terminum suum. ne ver
tatur in furorem. Erecti debent esse in culmi
ne virtutum. ut subditos tueri valeant. et
luporum rabiem submovere. Qui igitur tales
sunt pastores. sunt boni pastores. non merce
narii. non lupi. Bonus enim pastor querit
salutem ovium. qui diligit oves et custodit in
prosperitate. et adversitate. Mercenarius autem
in die prosperitatis custodit. sed in nocte adversi
tatis non defendit. Lupus est qui eas occidit.
Primus querit salutem. secundus lucrum. tercius
peccandi materiam. Primus est diligens. secundus
negligens. Tercius pestilens. Vere diligens qui
proximorum tribulationes. suas facit. tribulanti
bus eorum se ingerit. consolationes et bene
ficia impertitur. terrena comoda pro illorum sa
lute despicit. et animam pro fratribus ponit.
Vere negligens est qui terrenis comodis inhiat.
honore prelationis gaudet. temporalibus lucris
pascitur. et impensa sibi ab hominibus reveren
tia letatur. Qui cum iniusticiam iudicio calcitur.
calumpniari pauperem videns. se sub silentio ab
scondit. pupillum et viduam non defendit. cau
sam egeni non suscipit. Vere pestilens est. qui
oves dispergit. dum istum ad luxuriam pertrahit.
illum ad avariciam accendit. alium per iracundiam
claudit. alium per superbiam erigit. hunc invi
dia stimulat. illum fallacia supplantat. Cer

te fratres hodie de pastore mercenarius. de mer
cenario lupus efficitur. cum pastores nostri lac et
lanam accipiant. et mercenarii more lupi car
nes devorent. Iuxta illud. Qui devorant plebem
meam sicut escam panis. Propterea unicuique
nostrum est necessarium. ut in se veri et boni pas
toris gerat officium. et ornatum. Habeamus itaque
oves in oculis mentis virtutes. in oculis corporis.
sensus exteriores. quas in simplicitate et humilita
te in bonorum operum fecunditate debemus custodire.
ne virtutes per superbiam evanescant. ne sensus
per varietatem seculi corruptionem et mortem sustine
ant. Pascamus oves nostras in pascuis sacre scripture.
tribus modis. Auditu. intellectu. et visu. Coronam
constantem ex floribus virtutum geramus in ca
pite. id est in mente. videlicet ex rosa pacientie. lylio
continentie. viola humilitatis. et croco caritatis.
Hec enim quam gerere debent subditi. debet esse
florida. Sicut corona prelatorum aurea. et corona
christi de lapide preciosa illustrata. Cornu in hu
meris est mortificatio carnis. qua feriantur nostri
adversarii. id est desideria carnis. et clangore repri
mantur. et muri iericho in nobis decidant. Pera
in latere. memoria dei in transitu huius vite. in
qua panis verbi dei reponatur assidue. Fistula
in manu est consonantia septem operum misericordie.
pedum in manu. fides in opere. ut quod credi
mus faciamus. Virga. flagellum est abstinen
tie. quo iumentum nostrum ne recalcitret flagella
tur. ut gradu composito spe sanctos in eo feratur.
Canis est timor futuri iudicii latrans contra
concupiscentie motus. et amorem seculi. alliga
tus vinculo. id est spe promissorum dei. Erecti autem esse
debemus ad celestia. non in circuitu ad terrena. imi
tantes illius vestigia. qui nobis est in exemplo via.
in promissis veritas. in premio vita. via non
errans. veritas non falliens. vita non moriens.
ihesus christus dominus noster. Qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat.
Iubilate deo omnis terra. Dominica .iii.
psalmum dicite nomini eius. date gloriam
laudi eius. Quam diu fratres karissimi terra su
mus. et in terra mansionem facimus. deo nostro
laudem debemus. Que sit iocunda. speciosa.
fructuosa. glosa. ut quem in medio vite huius

d. iii.

ad plenum uidere non possumus. post hoc modi
cum cum perhenni gaudio uideamus. Vere
terra sumus. quia de terra nascimur. et in
terram reuertimur. Vere terra sumus. Terram
autem labore et dolore. morbo et tempore. id est etate. timo
re et sollicita cupiditate. scilicet perdendi et acquiren
di. Vere terra sumus. quoniam more terre luto inqui
namur. Luto scilicet sordide cogitationis. et feculen
te delectationis. cui si addatur palea consensus.
igne actionis excoquitur later praue consuetudinis.
Vere terra sumus. quia spinas et tribulos ge
neramus. id est cumulamus diuicias. et peccata
que suffocant diuina eloquia. Vnde. Exorte
spine suffocant uerbum dei. Vere terra sumus.
quoniam de nobis gressibilia et reptilia alia producimus.
Reptilium quedam trahuntur ore. ut uermes
et colubri. per quos figurantur mundani. Alia costis
et lateribus. ut rane. id est luxuriosi. Alia pennu
lis. ut pisces. id est curiosi. qui auaricia et cupiditate
perambulant semitas huius maris. id est seculi. Per gres
sibilia animalia significantur gulosi. Vere terra
sumus. quoniam more telluris incolimur. Sed quidam
bene. quidam male excoluntur. Bene. ut qui uer
bo dei in sulcis cordium suorum timorem seminan
te. bonam concipiunt uoluntatem dei et proximi.
et se pariunt dilectionem fecundante eos rore
spiritus sancti. fructum faciunt bone operationis per
gratiam. Male autem excoluntur. qui dyabolum ha
bent sue terre agricolam. qui praue suggestio
nis aratro. sulcos inique cogitationis in cordi
bus operante. peruersam seminat uoluntatem.
que luto feculente delectationis irrigata. et
ignita uiciorum incentiuo. malam parturit actio
nem. que temporis diuturnitate uertitur in consue
tudinem. et animi obdurationem. Hee sunt
igitur sex cause. quibus terre designamur nomi
ne. Hanc terram gerimus. quam diu in terreno
elemento habitamus. Hec terra olim fuit
maledicta. sterilis. et deserta. inhabitabilis. et in
uia. inaquosa. indecora. spinosa. conculcata.
desolata. et sine homine. Regio dissimilitudi
nis. longinqua. in qua habitauit filius prodigus.
A dei cantico aliena. Vere maledicta. quoniam in
labore et dolore. per transgressionem primorum

parentum fuit posita. Vere sterilis et deserta.
quia sine fructu uoluntatis bone. et solatio
diuine locutionis. Vere inhabitabilis et inuia.
quoniam sine familiari sancti spiritus gracia. que terram
nostram inhabitat. purificat. irrorat. et decorat. Sed
tunc sine rore et decore fuit. et ideo inaquosa. et
indecora. cogitationibus malis spinosa. et a demo
nibus conculcata. miseriis desolata. sine homine.
id est uirtute. Regio dissimilitudinis et longinqua.
propter motus inordinatos. et praua desidia.
A diuina laude extranea. Sed in carnem ueniens
dei filius. maledictionem benedictione sua abstulit.
terram nostram ciuis factus est princeps habitauit.
Aratro sue crucis terram nostre carnis perdomuit. spi
nas peccatorum eradicauit. semen uerbi dei se
minauit. Rore sanguinis sui et pluuia sancti spiritus fecun
dauit. et calore a quo nemo se abscondit. illam
calefecit. ut sic fructum faceret uite. fructum
glorie natiuitatis. Inmeabilem propter cordis du
riciam. fecit meabilem per gratie infusionem. que
cor flectit. et emollit. Inaquosam. aqua uiua
perfudit. uirtutum floribus adornauit. regionem dissi
militudinis. fecit domum unius moris. Alienam
sibi appropriauit. saliuam terre nostre miscuit. lutum
fecit. ceci oculos illuminauit. ad natatoria
syloe eum misit. qui lauit. et uidit. Vnde suum
deus filium ad assumptionem nostre carnis incli
nauit. et inmortalis factus est mortalis. omnes
nostre carnis defectus preter peccatum sustinens. Sicque
genus humanum quod a natiuitate cecum fue
rat illuminauit. Aqua baptismi lauit. et sic
uisum restituit. In hac terra nostre carnis ab
scondit se [illegible] thesaurus desiderabilis. quo an
geli frui sitiunt. et numquam fastidiunt. in quem
prospicere concupiscunt. quem qui inuenit. uadit
et uendit omnia que habet. scilicet fomenta uicio
rum. et emit agrum illum. Agrum benedic
tum. cui benedixit dominus. qui est sepultura pe
regrinorum. id est requies fidelium. Propter hec et tanta
dei beneficia nobis collata. iubilemus domino
laude iocunda. speciosa. fructuosa. gloriosa. que
nec omnino exprimi nec omnino potest reticeri.
Iocunda autem erit duobus modis. per admiratio
nem exhibite nobis diuine pietatis. et per con .xlv.

templatione celestis. et supra merita nostra preparate retributionis. Prima parit amoris fructum. Secunda amoris desiderium. Prima accendit amorem. Secunda inflammat amoris desiderium. Quis enim est tam pertinax et obstinatus. qui se ab amore xpisti continere poterit. qui deum filium pro nobis hominem mortalem conspicit. Reminiscitur consputum. colaphizatum. flagellatum. in cruce suspensum. positum ad sagittam in signum. canticum tota die. et derisum populorum. Spinis coronatum. clavis confixum. lanceatum. aceto et felle potatum. et inclinato capite emisisse spiritum. spoliatum infernum. et apertum paradisum. Rursum. Cuius in deum non inflammabitur desiderium. qui expectat inter esse choris angelorum. assistere conditori glorie. cum societate beatissimorum spirituum. cernere presentem dei vultum. videre lumen incircumscriptum. nullo metu afficii mortis. incorruptionis perpetue dono letari. vestiri splendore solari. sine fine deo frui. Ecce habemus quomodo erit laus iocunda. Sequitur videre quomodo sit speciosa. Duobus similiter modis erit speciosa in abstinentia ab omni motu nocendi. et abstinentia ab omni motu concupiscendi. ex quibus cuncta mala pervenient. A spiritualibus nequiciis. quales sunt superbia. inanis gloria. ira. invidia. et avaricia. et a carnalibus desideriis que militant adversus animam. que sunt omnia ea. quibus caro blandientibus concupiscentiis subiugatur. et exercitus viciorum firmiter adversus animam armatur. sicut sunt ebrietas. gulositas et crapula. impudicicia. fornicatio. et immundicia. Similiter duobus modis erit laus fructuosa. per sanctam conversationem. et per bonam ac discretam operationem. Sancta erit conversatio. si coram deo et hominibus fiat bonorum perversio. Primo autem de deo sicut legitur de xpisto. Erat vir potens in opere et sermone. coram deo et omni populo. Coram deo tribus modis. Sancta cogitatione. Pura affectione. Recta intentione. Coram hominibus tribus modis similiter. habitu. ne sit notabilis. Actione. ne sit reprehensibilis. sermone. ne sit contemptibilis. Operatio autem in tribus debet esse. in orando. in docendo. in opera misericordie faciendo. Prima est spiritualis. Secunda vocalis. Tercia manualis. Operari autem debemus bonum ad omnes. maioribus obedientes. unum quemque pro modo suo honorantes. fraternitatem diligentes. Hec omnia ad laudem dei non sufficiunt. nisi fuerit gloriosa. Erit autem duobus modis gloriosa. per adversorum pacientiam voluntariam. per beatam in bono perseverantiam. Nam per pacientiam possidentur anime. et in perseverantia virtutum est omnis gloria. regis summi filie. Pati autem debemus adversa. ut future glorie consequamur prosperitatem. tristari. ut ad plena veniamus gaudia. More enim mulieris gerere debet sancta anima. que cum parit tristiciam habet. quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum. non meminit presure propter gaudium. quia natus est homo in mundum. Sic fidelis anima virtutibus fecunda. spiritum salutis concipit in corde. parturit in voluntate. parit in opere. dolet pro sua et proximorum transgressione. pungitivo dolore. gravativo. et clamorem excitante. Pungitivo per compassionem. ut dicat. Quis infirmatur et ego non infirmor. Gravativo. per carnis afflictionem. ut dicat. Infelix quis me liberabit de corpore mortis huius. Excitante clamorem. per instantis mortis memoriam. ut dicat. Dimitte me domine ut plangam dolorem meum. prius quam descendam ad terram tenebrosam. et opertam mortis caligine. Rursum nostris ascribantur moribus. quod natura indulsit mulieribus. ut sicut septimo. aut nono mense puerum pariunt. citra quem terminum partus si emittitur non est vitalis. Sic per septem spiritus sancti carismata. et per septem dierum vite huius articulum fructum boni operis faciamus impregnati bona voluntate. ut in sabbato vite eterne quiescamus a labore. immemores pressure. pre gaudio immortalis glorie. ad quam nascemur permansuri sine fine. Similiter novem mensibus fetum gerimus. si quinque sensuum nostrorum ministerio. et quatuor virium anime. que sunt intellectus. ratio. voluntas. et memoria. deum gerimus in corde. in ore. et in opere. recepturi premium in denario vite sempiterne. et posituri post partum filios. id est bonas actiones in cunis glorie. ubi deum videbimus facie ad fa

ciem. quem in uite huius modico non possumus
uidere. Videtur tamen non ad plenum. sed per spe
culum. et in enigmate. quod uideri potest in spec
ta similitudine. Si enim alicuius quem numquam
uiderim uultum manentis post dorsum meum
in speculo ante me posito intuear. uideor uidere
faciem illius. quam tamen reuera non uideo. sed
umbram luminosam. que ideo dicitur umbra.
quia non est uera uisio, ideo luminosa. quoniam for
me uultus est representatiua. huiusmodi destruitur
uisio. si ad tergo me positum faciem uerto. Sic et
nostra cognitio creatoris per fidem et rationem in pre
senti habita. non est uera cognitio. sed conuersa
facie ad ipsius faciem uidebitur sicut est in futuro.
uera, et non enigmatica erit eius comprehensio.
Quod ut nobis eueniat. Jubilemus domino nostro
ihesu christo. qui cum pa. et s. s. Dñica iiii. d·iiij

Cantate domino canticum nouum quia mira
bilia fecit. in conspectu gentium reuela
uit iusticiam suam. Conuenientibus
nobis in unum fratres karissimi. ad audiendum uer
bum salutis. expedit ut terra nostra que super
uenientem sepius in se recipit ymbrem fruc
tum faciat. ne maledictioni subiaceat. Scimus
enim terram que superuenientem sepius in se
ymbrem recipit. si fructum non fecit. reproba esse
et proximam maledictioni. Ideo terra mentis
nostre fructum faciat. ut per dei gratiam renouata
nouo domino redemptori nostro cantet canticum
nouum. canticum nouitatis quod cantat caritas.
non canticum ueteris. canticum infidelitatis quod
canit cupiditas. Et iuste. quia nouus dominus. no
uus rex. noua lex. nouum [illegible] misterium. noua
fiunt omnia. Nouus rex. uetera renouans. No
ua lex. nouitatem permittens. Nouus dominus. no
uum dans remedium. Nouus fuit in conceptione.
Unde legitur. Nouum faciet dominus super terram.
Mulier circumdabit uirum. Nouus fuit in na
tiuitate. quando clauso utero exiuit. Nouus
in predicatione. Unde. Mandatum nouum
do uobis. Nouus in passione. quando supra
naturam morientis exclamauit. Nouus in
resurrectione. quoniam caro eius tunc refloruit.
Nouus in ascensione. quando subleuatus est
lucida nube. Nouus in paraclyti missione.
quando super discipulos apparuerunt ignee lin
gue. Pro his igitur cunctis nouitatibus.
cantemus domino canticum nouum. quod est can
ticum caritatis. non ueteris canticum infideli
tatis. quod in tria est diuisum. scilicet in canticum
presumptionis. in canticum transgressionis.
in canticum mundane uanitatis. Primum
cantauit lucifer in celo. Secundum adam in para
dyso. Tertium uetus homo in mundo. In can
tu luciferi. tres fuerunt false uoces. Prima
elationis. Secunda suggestionis. Tertia desperati
onis. Musica luciferi ab altiori uoce incepit
quam debuit. Inchoauit enim antiphonam
elationis dicens. Ponam sedem meam ad
aquilonem. et similis ero altissimo. Si enim
non excederet regulam subiectionis. cantaret
cum aliis angelis in celo canticum perpetue
felicitatis. Descendens autem de celo inchoa
uit antiphonam suggestionis in paradyso. Et
ideo nunc canticum cantat desperationis in in
ferno. Porro in cantu primi hominis tres fu
erunt uoces dissone. et discordes. Prima delec ·xlvi·
tationis. Secunda consensionis. Tertia excusationis.
Prius enim cum uideret pomum suaue gustu. pul
chrum uisu. delectabile odoratu concupiuit.
Secundo mulieri consensit. Tertio culpam in muli
erem transtulit dicens. Mulier quam dedisti
michi seduxit me. In cantico mundane uani
tatis. sex sunt uoces perditionis. Prima est uio
late religionis. quam uiolant ydolatre. forni
catores. et auarus. Secunda tantum lesionis est. que
est detractor. qui mala adinueniunt. inuen
ta referunt. relata ab aliis libenter audiunt.
Tertia est lesionis et utilitatis. que est falso
rum testium et aduocatorum precio corrup
torum. qui unum ledunt ut alii prosint. qui tri
bus modis delinquunt. in deum. in se. in proximum.
Quarta est adulationis. que bonum quod homo
in se habet admirando extollit. bonum quod non
habet mentiendo ei attribuit. Malum quod
habet defendit commendando. Quinta est ficti
onis et libidinis mentiendi. que est eorum
qui rumorum geruli noua fingunt. ut de sua

in eloquio placere possint. qui uel falsa inue
niunt. uel uera peruertunt. Vel ueri simi
lia falsis adiungunt. Sexta est ambitionis
que est superborum. qui preesse uolunt. subesse
nolunt. pares esse renuunt. Diximus de can
tico uetustatis. uideamus postmodum de canti
co nouitatis. Hoc enim sicut et uetus canticum
in tria est diuisum. In canticum caritatis. in
canticum scripture. in canticum remissionis. Sex
sunt uoces in cantico caritatis. Prima concor
die uox est humilitas. Secunda mortificatio carnis cordis
nis. Tercia compassionis. Quarta consolatio
nis. Quinta orationis. Sexta deuotionis. No
tandaque est concordia uocum inter ascensus et
descensus uirtutum. Sicut enim per ascensus
et descensus musice frangitur uox. et extollitur.
Sic per ascensus et descensus uirtutum mentem
frangi conuenit. et iterum eleuari. Frangitur
descendendo ad compassionem proximi. Eleua
tur ascendendo ad contemplationem dei. In as
censu consonat humilitas mortificationi. mor
tificatio compassioni. compassio consolationi.
consolatio orationi. oratio deuotioni. In des
censu autem consonum melos facit deuocio con
cordans orationi. oratio consolationi. conso
latio compassioni. compassio mortificationi.
mortificatio humilitati. In cantico scrip
ture sex sunt similiter uoces. a duobus hiis man
datis descendentes. Age penitentiam. habe
caritatem. Prima uox est compunctionis. Secunda
confessionis. Tercia satisfactionis. que ad pri
mum pertinent mandatum. Quarta est. di
lige deum. dilige teipsum. dilige proximum tuum
sicut teipsum. ut persoluas deo quod suum est.
et tibi. et proximo tuo. Hee uoces ad secundum spec
tant de dilectione mandatum. Porro in
cantico remissionis. diuine sex repiuntur
uoces misericordie. Quarum prima auditur in bap
tismate. ubi dicitur. Qui renatus fuerit ex
aqua et spiritu. intrabit in regnum celorum. Secunda
percipitur in penitentia. que est post nau
fragium secunda tabula. Unde. dixi confitebor
iniusticiam meam domino. et tu remisisti impi
etatem peccati mei. Tercia in sacramento

eucharistie. Unde. Qui manducat carnem meam.
et bibit sanguinem meum habet uitam eter
nam. Quarta in dimissione proprie iniurie.
Unde. dimittite et dimittetur uobis. Quin
ta in oratione. Unde. Orate sine intermissione.
Sexta in caritate. Quoniam caritas operit multi
tudinem peccatorum. Et hiis modis consequi
mur remissionem peccatorum a deo. Est etiam
modus septimus de quo nil ad presens. per
quem omnia peccata condonantur. scilicet sangui
nis effusio in martyrio. Est et septimum can
ticum quod nondum auditur ad plenum.
Sed tunc cognoscetur cum dominus uenerit ad iudi
cium. Hoc est canticum terroris. Quo audito.
trement columpne celi. Quod ex sex uocibus
constabit. Prima erit doloris. cum dicetur mortuis.
Surgite mortui, terribilis enim est impiis expec
tatio iudicii. Secunda ululatus. quando discep
tabitur cum illis. Tercia clamoris. cum in ig
nem mittentur. et tenebras horroris. Unde. Sopho
nias. A prima porta erit ululatus. a secunda clamor.
Quarta uox erit consolationis. cum dicetur bonis.
Esuriui et dedistis michi manducare. et cetera.
Quinta dilectionis. cum dicetur bonis. Uenite
benedicti patris mei. Sexta iocunditatis. que
proferetur uerbum remunerationis. Percipite reg
num quod uobis paratum est ab origine mundi.
Hoc est canticum glorie et eterne felicitatis. quod
ut audire mereamur. cantemus noui nouo
domino nouum canticum caritatis. in quo percipitur
melos consonum deuotionis. Sonus unitatis.
et dulcedo contemplationis. Sed quomodo noui
erimus. nisi uetustatem cordis. oris et operis
exuamus. nisi iuuentus nostra in adam perdita.
et per christum restaurata sicut iuuentus aquile reno
uetur. nisi pellem ueterem sicut coluber per an
gusta foramina petre transeuntes in aduentu
ueris deposuerimus. Vetustatem cordis exuimus.
si carnalia et secularia desideria. et amorem mundi.
et que in eo sunt abiciamus. Unde apostolus. Reno
uamini spiritu mentis uestre. Vetustatem oris de
ponimus. si arrogantiam. detractionem. et ad
ulationem que in lingua sunt exuimus. Unde
legitur. Recedant uetera de ore uestro. Vetus

tatem operiſ relinquimus / ſi flagitia ⁊ faci
nora ⁊ carnalia opera deponimus. Vn̄ dicit
apl̄s. Sicut exhibuiſtis membra urā ſeruire
īmmundicie ⁊ iniquitati ad iniquitatē / ſic ex
hibete membra ueſtra ſeruire mundicie. et
iuſticie. Hui⁹ triplicis uetuſtatis figurā co
luber gerit / ſcdm triplicem ſue nature ꝓpͤ
tatem. Graditur enim in pectore. uirus in ore
gerens / Aculeum in cauda. Greſſus pectoris
uanitas eſt cordis. Virus in ore / peccatū lingue.
Aculeus caude / iniquitas operis. Sꝫ nos qui more co
lubri gradimur pectore uana cogitando. Virus
in ore gerentes. detrahendo / Aculeum in cauda
portantes. facinora cōſūmando. ⁊ in eis pſeue
rando. conſideremus aduentum ueris. i. ſpūs
ſcī. depulſa hyeme. ⁊ gelicidio peccati / tranſea
musq; p anguſta foramina petre. i. p fixuras
clauorum ⁊ lancee perfuſuram in dnīco corpore.
dirigamus aciem mentis nrē / ut ſic uideamus
nouum hominē. qui creatus ē ad ymaginē dei.
in iuſticia ⁊ ſanctitate. Vel p petre forami
na, id est duo teſtamenta / ut de medio petrarū dent
uoces ⁊ reſponſa. Renoueturq; in nobis iuue
tus grē. ſicut renouatur aquila. cui⁹ hec fert
eſſe natura. ut cum in ſenio tantam ſtrumoſi
tatem habeat in roſtro. quod inhabilis ſit cibo
capiendo / quo altius ualet aſcendit ⁊ roſtrum
ſaxo duriſſimo allidit. ut ſic efficiatur habilis.
Solemq; intuetur irreuerberatis oculis. Et nos
intuitu contemplationis ſurſum rapto. ſolem
iuſticie irreuocabilit̄ uideamus. cui tanquam
ſaxo duriſſimo. qui poſt reſurrectionē frangi
non potuit. ſtrumoſa nrā peccata allidamus /
immo paruulos. i. est motus pimarios. ne ad co
ſenſum pueniant. ut ſic ſcripture cibos ſumē
ualeamus. Hic eſt autē pater luminū quaſi
radi⁹ a ſole. a quo eſt omne datum optimum.
⁊ omne gratuitum / Apud quē non ē trans
mutatio nec uiciſſitudinis obumbratio. quia
lumē eius aliqua umbra non intercidit / quia
dona lucis ⁊ nō tenebras erroris immittit.
Cantemus igitur noui. i. p gratiam innouati.
nouo dnō canticū nouitatis. quia mirabi
lia fecit. qui ſe dm̄ humanauit. clauſo utero

ro exiuit. cecos illuminauit. claudis greſſū
reſtituit. languidos ſanauit. leproſos
mundauit / ⁊ mortuos reſuſcitauit. Aquam
in uinum conuertit. faciem ſuam transfigu
rauit. Multa milia hominū paucis panibus
ſaciauit. Siccis pedibus ſup aquas ambulauit.
infernū ſpoliauit. clauſo ~~oſtio~~ ſepulchro pro
diit. clauſis ianuis ad diſciplos intrauit / qui
bus uidentibꝫ in celum aſcendit. ⁊ ſpm̄ paracly
tum miſit / qui mundum de pccō infidelitatis.
de iuſticia fidelium. ⁊ iudicio iudicati dyaboli
mundum. i. mundiales arguit. quī credere no
lunt. quia uitam ſcōꝝ contempſerunt. quia iu
dicato dyabolo conſentientes. diuine uolunta
ti reſiſtere preſumpſerunt. Vel quia de deo male
ſentiunt. iuſticiam facere nolunt. ⁊ iudicia
corrumpunt. cum tamē dnī̄s qui iam uenit. qđ
facere potuit ſue uindicte fecit. cū principē mū
di deiecit. Et ſic in conſpectu gentiū ſuā iuſti
ciam reuelauit. Credamus igitur frēs kmī
in deum / ne de peccato infidelitatis arguamur.
Tranſeamus ad ſortem fidelium / ne diuine
iuſticie ultionem ſentiamus. Timeamus futu .xlvij.
rum iudiciū. ne cum principe mundi iudice
mur / quē iam iudicatum conſpicimus. Pre
ſtante dnō nrō ihū xpō / Unica .v. pt pasch

Vocem iocunditatis annunciate uſq; ad ex
tremum terre / ⁊ cetā. Iam repleti frēs
kmī tot ⁊ tantis ſaluatoris nrī benefi
ciis / uocem annunciemus iocunditatis. Iocun
da enim ſunt beneficia / ⁊ iocunda de iocundis
ſunt carmina. Legimus in ſcripturis octo uo
ces iocunditatis. Quarū prima fuit angelorū
ſaluatore nato pſallentiū ⁊ dicentiū. Gl̄a in
excelſis deo ⁊ cetā. Quid enim iocundius. quod
gracius hoc uerbo audiri potuit. qđ ſaluator nr̄
inclinauit celos ⁊ deſcendit. i. altitudinē ſue
diuinitatis uſq; ad aſſumptionē nrē carnis
humiliauit. Res mira ⁊ miranda. Scda uox
fuit patris audita ſup filium ⁊ dicentis. Hic
eſt filius meus dilectus / in quo michi bene co
placui ipm̄ audite. Quid hac uoce dulcius. p
quam a patre declaratur fili⁹. ut a nrīs cordibꝫ
omnis amoueatur ambiguitas. ⁊ incredulita

tis scrupulus. Tercia uox fuit xpi pacientis in
cruce, cum latroni diceret. Hodie mecum eris
in paradyso. Quid iterum iocundius hac uoce uer-
bi. qua regni celestis apercio promittitur, cum adi-
tus nobis obstructus fuerat. ob culpam transgres-
sionis prime. Res plena deliciis cunctis, et omni
affectu desideranda, ad quam qui in tormentis
uincti fuerant peruenire cupiebant. Quarta fu-
it marie magdalene nunciantis. quia surrexit
dominus a morte. in quo resurrectionem anime pos-
sidemus, ad presens in re. et futuram corporis huius
in spe, in quo uiuis gaudium. et defunctis datur
refrigerium. Nam turba mortuorum surrexit, et
uiuorum consciencia triumphauit. Quinta uox
fuit domini ad discipulos intrantis et dicentis. Pax
uobis ego sum, nolite timere. Sexta fuit quando
dixit. Usque modo non petistis quicquam, petite et
accipietis. Septima quando dixit. Vado parare
uobis locum, interim mittam ad uos paraclytum.
Et quid maius spiritu sancto, qui tenebras nostras suo ful-
gore illustrat. et peccatorum gelicidia calore suo
pellit et effugat. Octaua erit in iudicio, cum dice-
tur iustis. Venite benedicti patris mei p. r. et cetera.
Hec filiis dei erit iocundissima, quando sedebunt ad
dexteram dei patris in gloria. Tunc perfecte comple-
bitur, quod per prophetam dicitur. liberauit dominus
populum suum. Tunc enim liberabitur a pena et
culpa, qui in presenti tantum mundatur a cul-
pa. Hec nostra liberatio inchoauit concepto et na-
to domino attestante laude angelica, et consummabitur
cum uenerit quod perfectum est in gloria, hoc est nostre
salutis remedium. quod annunciare debemus.
usque ad terre extremum, ut qui audit dicat. ue-
ni. et de terreno una sapiente. erit spiritualis et sa-
piens archana dei. Terra ista sancta est ecclesia, terre prop-
ter soliditatem comparata. Cuius sunt quatuor ex-
trema quatuor hominum genera, sicut ueri
nominis terram quatuor concludunt clymata.
oriens uidelicet. et occidens. meridies et septentrio.
Orienti hoc genus hominum comparatur, in quorum
cordibus deus per fidem illuminantem oritur. Occi-
dentis figuram gerit, in quo per concupiscentiam
terrenorum iusticie sol occidit. Meridiei formam
exprimit, in quo regnat feruor caritatis. Hii

sunt in septentrione, in quibus dominatur aquilonis
malicia. sub ypocrisis similitudine, qui septem
stellas. i. septiformis spiritus graciam uidentur in se
continere. Vel per hec quatuor extrema, figuran-
tur quatuor peccatorum genera. Voluntas et de-
lectatio, consensus et consuetudo. Ad hec igitur extre-
ma terre uocem iocunditatis debemus annun-
tiare, ut qui auertit se a deo redeat. qui cecidit
resurgat, qui stetit in stabili gradu permaneat. Sed
quomodo natiuitatem domini nunciabimus. nisi ex
deo nati fuerimus. Quomodo uocem patris ad filium
dilectum narrabimus. Si dilecti filii patris non
sumus. Quomodo in paradyso erimus. Si in cruce ue-
re penitentie non pendemus. Qua consciencia re-
surrectionem expectabimus. Si in peccatis mortui.
cum lazaro sub lapide consuetudinis peccandi sepe-
limur. Quomodo pacem et securitatem habebimus.
si discordes et pusillanimes sumus. et homines ma-
gis quam deum expauescimus. Qualiter petemus.
Si indignos exauditione nos facimus. et quod deum
tribuere nobis uolumus. Aliis denegamus. Quo-
modo nobis parabitur locus. et mittetur ad nos
paraclytus. qui mansionem in terra querentes. ha-
bitaculum malignorum spirituum sumus. Qualiter be-
nedicti erimus. cum linguam maledicam non
corrigimus. Sed ex odio maledicentes maledictum
incurrimus. Faciamus ergo prius uerbum dei.
quam illud nunciare presumamus, quia cepit
ihesus facere et docere. Audiamus et faciamus. et exem-
plo atque uerbo alios instruamus. ne nos ipsos
fallamus. Si auditores tantum non factores
esse uolumus, ut per solum auditum nos saluan-
dos estimemus. Qui enim est auditor uerbi.
et non factor, comparabitur uiro consideranti
uultum natiuitatis sue in speculo. Considera-
uit enim se et abiit, et statim oblitus est qualis
fuit. Hoc speculum est scriptura siue mens
humana. in qua dum per cogitationem inspicimus.
quam sit breuis uita nostra. quam lubrica uia. quam
mors incerta. quod lugentes in hanc uitam in-
trauimus. cum dolore transimus. cum luctu exitu-
ri sumus. mox compunctionem et penitendi uo-
luntatem contrahimus. Sed postmodum aliqua
temptatione seducti compunctionem deserimus,

& nr̄e singultatis non reminiscimur. Audiam̄
igitur uerbum dei. & faciamus. Et sic annun
tiemus. ut uocem nr̄e liberationis audire
mereamur. cum xp̄o puero. & paruulo. pue
ri & paruuli .i. mundi & humiles renascamur.
fonte lacrimar̄ abluamur. ut dilecti filij pa
tris inueniamur. In cruce uere penitentie
pendeamus. ut ad celi ianuam conscendamus.
Resurgamus in presenti a culpa. ut ad gl̄am
in futuro resurgere mereamur in carne &
anima. Pacem habeamus. ut filij pacis
simus. deumq; timeamus. ut securi cū xp̄o
quiescamus. Paremus locum spūi scō. ut ī
nobis maneat in presenti. & in futuro. Que
ramus amici amicum. Pulsemus ad ip
sius ostium. petamus uite nr̄e subsidium.
queramus ex affectu cordis. pulsemus instā
tia boni operis. petam̄ deuotione mentis. que
ramus inchoantes. pulsemus pfecti. petam̄
pfecti. Inuenitur enim ad penitentiam. Ape
ritur ad iusticiam. Datur ad gl̄am. In queren
do docet nos esse ueraces. Inuenitur enim ab
his qui non temptant illum. In pulsando p̄
dentes. fatuis enim respondetur. nescio uos.
In petendo. modestos. Sicut enim attendit
quid nos deceat accipere. Sic. quid eum dece
at dare. Dabit autē si petimus. pie. pseue
rant̄. & pro his que sunt ad salutem. In pi
etate tria attenduntur. Firma fides. Recta
spes. & pfecta caritas. Item pseueranter. Qm̄
omnis laus in fine canitur. Et ideo pro hiis
que sunt ad salutem. qm̄ si contra auxiliū
nr̄e salutis petimus. non exaudimur. Quā
doq; tamen utilia nobis petim̄. Sz male
uiuendo iusti iudicis auditum a nobis au
timus. Aliquando salutaria precibus solli
citis. & deuotis querimus actionibz. nec sta
tim que petimus obtinemus. Sz in futurū
petitionis nr̄e differtur effectus. ut desideria
nr̄e deuotionis crescant. & cotidiano in cremē
to magis magisq; pfecta. tandem pfecti
capiant que requirunt. At si p peccatori
bus petentes non exaudimur. tamē pre
cis nr̄e fructu nō priuamur. qm̄ amo

ris quem illis impendimus. mercede donam̄.
Et impletur quod dicitur. Siquid pecieritis
patrem meū in nomine meo. dabit uobis.
Postulemus igitur a deo. qui dat omnibz
affluenter. & non inpperat. nichil ī fide hesitātes.
Sz sic credamus. & credendo uiuam̄. ut nos
exaudiri meream̄. Petamus autē p amo
uendis malis. & p adipiscendis bonis. Sūt
autē tria mala que sunt amouenda. Mala
cogitatio. mala locutio. mala opatio. Mala
cogitatiō ē. quando est sordida. supba. am
bitiosa. Sordida est. dum res sordidas in
animo uoluit & reuoluit. Supba. cū super
proximos se erigit. Ambitiosa. cū res alie
nas contra fas concupiscit. Mala locutio est.
que est supflua. detractoria. adulatoria. Su
pflua est. ratione uł utilitate carens. De
tractoria. alior̄ bona maliciose minuens.
Adulatoria. proximor̄ capita oleo fauoris
demulcens. Malum opus est. quod est simu
latorium. impium. impudicū. Simulatori
um est. cum aliud mente intenditur. quā
opere demonstretur. Impium. quando in .xlviii.
proximū delinquit. Impudicū. cū aliquo
modo nos sordidamus. Petamus ergo ut co
gitatio sit pura. nil impuritatis continēs.
ut sit humilis. nil supbum redolens. ut
sit pia. nil crudele sapiens. Petamus ut
locutio sit utilis. cōmoditatem auditui cō
ferens. ut sit humilis. lepore eloquentie
non turgens. ut sit uera. simulationis fu
cum non habens. Petamus ut opus sit purū
mundiciam exhibens. ut sit pium. misdiam
redolens. ut sit pudicum. nec deum nec homi
nem offendens. Tria uero bona pro quibz adi
piscendis petere debemus. Sunt cōtinentia.
humilitas. & caritas. P bonū continentie re
stringitur corpus. ne p mortiferas uolupta
tes defluat. P bonū humilitatis instruit̄
anima. ne ipā de sua supbiat continentia.
P bonū caritatis accenditur spē. ut utrāq;
.i. corpus & aīam in castitate & humilitate
pseuerant̄ custodiat. Et sic uocem iocundi
tatis usq; ad extremum terre annūtiare

ualeat. & qui in extremo positus est. & a deo remo
tus. ad medium ueniat. & de medio proxim⁹
fiat. ut secdm tres status eccle competentes.
de malis boni simus; inchoantes. de inchoan
tib3 profecti. & de profectis efficiamur perfecti.
ut sic demum pfecta liberatione completa e
ternitatis glam teneam⁹. xpm dnm nrm.
Qui cum pa. & s.s. v. & r. Sermo ĩ Rogacioib⁹

…io ĩ roga
cionib⁹

Siquis uult post me uenire abneget se
metipsum & tollat crucem suam & sequa
tur me. Hii sunt dies rogationis. si
ue supplicationis. in quib3 deo supplicare de
bemus. ut a morte subitanea defendamur.
Et rogare scos ut pro nobis ad dnm intcedant.
quos uicia & peccata grauant. & onerant. Hec
autem supplicatio siue rogatio dicit letania.
que duplex est. maior & minor. Maior in
festo beati marci ewglste fit. ideo maior dic
ta. quia maior gregorius eam instituit. et
ubiq3 seruatur. Minor dicitur ideo ista. qm
a minori. s. a beato mammerto uiennensi
epo fuit instituta. Institutionis autẽ le
tanie maioris hanc reddit cam paulus.
montis cassyni monachus lonbardorũ histo
riographus. Tempe enim pelagii pape. ut
asserit tanta fuit inundatio aquarum p ytali
am. quod aque ascendebant usq3 ad supiores
templor fenestras. nec tamen aque intrabãt
templum quod erat miraculum. Tunc per
tyberim fluxit multitudo serpentium. inter
quos uenit maximus draco. quorum affla
tu corruptus est aer. & emersit pestis ingui
naria. qua homines sparsim moriebantur.
Tunc pelagius papa indixit ieiunium. et
precepit ut pcessionem facerent. Quod sic
fcm est. Sed in ipa pcessione ipse met. et
septuaginta alii expirauerunt. in cui⁹ locũ
subrogatus est gregorius magnus. qui ubiq3
terrarum iussit eam obseruari. De secũda
uero letania que p triduum celebrat. agit
gregorius turonensis archiepẽ dicens. quod
in tempore mamerti uienne. & circa uiennã
fiebant crebro terremotus. et tanti. ut mag
ne domus. & ecclie corruerent multe. In
nocte etiam pasche conbustum ẽ palacium
ciuitatis. misso celitus igne. cui⁹modi pestis
p totum annũ dimittit. & ideo ad similitu
dinem niniuitarum indictum est p tridu
um ieiunium. quod et rome fuit approbatũ.
qm hoc tempe solent bella & tempestates em
gere. In hoo triduo deportatur draco cum infla=
& longa cauda duobus primis dieb3 ante cru
cem. & uexilla. Sz die tercio uadit retro. Per
quem significatur dyabolus. qui p tria tẽpa
ante legem. & sub lege. & tempe grẽ que per
hos tres dies designantur. homines fefellit.
aut fallere cupit. In duobus pmis quasi do
minus erat orbis. Unde xps principẽ mũ
di eum uocat. Sz p xpm in tempe grẽ uict⁹
est. nec audet ita patenter regnare ut prius.
Sz homines latenter seducit. quos pigros ui
det in bonis operib3. & remissos. nec uiam
uite sequentes. sicut in deserto hostes isrl ĩ
firmos & debiles. & eos qui remanebãt ulti
mi interficiebant. Inde est quod in primis
duob3 pcedit. & in ultimo sequitur. In
hiis igitur fres kmi diebus continuemus
ieiunia. orationes & opa bona. Ascensioni.
ut ad dnm ueniamus. & abnegantes nos met
ipsos. & tollentes crucem nram. sequam̃ eũ
in celũ ascendentem. Veniamus amici ad
amicum. uiam erroris & mundane uanita
tis deserentes. & ad uiam ueritatis redeuntes.
qui est xps. qui est uia non errans. ueritas
non fallens. uita non moriens. qui nos uo
cat ad se dicens. Venite qui laboratis. et
onerati estis. & ego reficiam uos. Venite
ad me quales ad qualem. exclusi ad ostiũ.
egroti ad medicum. naufragi ad portũ. Ve
nite laborantes fatigati. onere grauati. &
inedia macerati. Venite ad ostium lumi
nis. ad medicum salutis. ad portũ [illegible].
quietis. Ad ostium. ut ingressi ueritatem
uideatis. Ad medicum. ut curati ad sani
tatem conualescatis. Ad portum quietis.
v⁹ post laborem quiescatis. Venite qui estis
uacui. ut lumine ueritatis impleamini.
Venite onerati. ut pondere peccatorum

alleuiemini. Venite laborantes: ut quiete
adepta consolemini. Sed quomodo ueniem̄?
Modis tribȝ. Pmissione obediencie. mundicia
uite. uigore pseuerantie. Vere primus grad̄
ueniendi est uirtus obedientie. ~~mundicia ui~~
~~te~~ que est clauis dauid. ⁊ patibulum. ⁊ eneū
altare quod foris erat. in quo sacrificabantur
animalia. Ideo clauis dauid dicitur: q̄m se
cretoꝝ dei archana nobis aperit. ⁊ facit nos
ipsi deo ppinquos. que si deest alicui. claudit
ei eadem secreta dei. q̄m bona cetera aut paruū
aut nichil prosunt facienti. Ideo dicit̄ pati
bulum: quia qui perfectus esse cupit. quasi
in patibulo est. dum assidue contra pprias
infirmitates facit. Ideo altare eneum dicit̄:
q̄m ante ipsam taurus superbiens. aries lasciui
ens. hedus fetens occiditur. Habet sub se fo
ueam. ⁊ ignem ppetuū. i. humilitatē ⁊ cari
tatem. Sc̄d's modus ueniendi ad deum. ē mū
dicia uite. sine qua deo placere quicquam ē
impossibile. Munda est uita: que oculos ha
bet columbarum. candorem uestimentoꝝ.
puritatem labioꝝ. hoc est humilis ⁊ simplex
in corde. rectus in opere. castus in ore. De
primo legitur. Oculi tui columbarū. De se
cundo. Omni tempe candida sint uestimenta
tua. De tercio dicit Ier. Summa officij tui sit
ut lumbos: sic ⁊ linguam castissimam ser
uare. Qui enim uult uitam. diligit dies
uidere bonos. phibet linguam suam a malo.
⁊ labia sua ne loquantur dolum. Tercius gra
dus est pseuerantie uirtus: que est fimbria
uestimenti filie regis. que est tunica talaris:
qua iacob filiū suum ioseph induit. ⁊ que
est cauda hostie que offerri precipitur in sa
crificijs. Sequitur ut ueniendo post deum:
abneget homo seipm̄. Abnegat autē seipm̄
homo. tribus modis. Spernendo terrena. resecā
do carnalia. sequendo uirtualia. Spnim̄ terre
na: si ppē dm̄ bona nr̄a paupibus distribui
mus. si habita tanquā non habita possidemus.
Si non habita habere non concupiscim̄. si di
uicijs affluentibȝ cor non apponim̄. si pau
peres esse affectamus. Resecamus carnalia.

si a uicijs. si ab alimentis. si a negocijs. si ab
immundis desiderijs abstinemus. Prima
abstinentia iniquitatem excludit. ⁊ ignorā
tiam. sc̄d'a uanitatem ⁊ concupiscentiā seculi. Ter
cia infirmitatem animi tollit. ⁊ ignauiam.
Quarta calamitatem ⁊ miseriam. Prima
confert lumen scientie. Sc̄da serenitatē con
scientie. Tercia pfectum gaudium iusticie.
Quarta pducit ad sollempnitatē supne glīe.
Sequimur autem uirtualia. Si uictu sobrio.
actu iusto. sensu pio. Ad eternam uitam te
dimus p uirtutes ⁊ carismata. Victus erit
sobrius: si continenter. si socialiter. si obedīē
ter. i. caste. caritatiue. ⁊ secure uixerimus.
Nam p continentiam castitas. p societatem
caritas. p obedientiam acquiritur humili
tas. Actus erit iustus: si fuerit rectus. discre
tus. fructuosus. Rectus. p bonā intentionē.
Discretus: p possibilitatis mensurā. Fructu
osus p proximoꝝ utilitatem. Sensus erit
pius: si fides nr̄a deum sentit sum̄e poten
tem. sum̄e sapientem. sum̄e bonū. ut p eius
potentiam nr̄am credamus iuuari infirmita .xlix.
tem. P eius sapientiam: nr̄am corrigi igno
rantiam. ⁊ p eius bonitatem nr̄am dilui in
iquitatem. Post hanc trinam abnegationē.
tollamus tribȝ modis crucem. carnem ppam
macerando. necessitatibȝ proximoꝝ conpa
ciendo. nudi nudum xpm̄ imitando. Sub
lata uero in humeris pacientie ⁊ laboris. ista
cruce sequamur dm̄ tribȝ modis. merito hu
militatis. uirginitate cordis. latitudine ca
ritatis. Quod pstare nobis dignet̄. Qui cum
patre ⁊ spū scō. v. ⁊ r. De Inuẽtiõe. Scẽ ✝

Absit michi gloriari. nisi in cruce dn̄i
nr̄i ihū xpī. Gloriari nos oportet
fr̄es k̄mi in cruce dn̄i nr̄i ihū xpī.
p quem salus. uita. ⁊ resurrectio nr̄a. Salus
dampnatoꝝ. uita iustoꝝ. resurrectio mor
tuoꝝ. Hec quidem naufraganti sc̄d'o tabula
suprema est. uite lignū. iusticie libra. scep
trum regni. regni dyadema. thronus impia
lis. arbor obumbrationis. uirga correctiōis.
baculus sustentationis. laqueare septē lampa

dum. in trono dei ardentium. Prefigurauit
autem eam archa noe. per quam fluctus dilu
uij ſuperamus. Item columpna deſerti. per
quam hoſtes euadimus. et in lumine uultus
dei ambulamus. Item ſtrues yſaac. per quam
ſacrificium cordis contriti et humiliati deo of
ferimus. Item uepres arietis. per quos uictorum
cornua connectuntur. que ſunt uirtutes. et
kariſmata. Item baculus iacob. quo nos in
preſentis uite limite ſuſtentamus. Item arta
bo thamar. per quam christo fidelis anima copu
latur. Item coccinum zaram. per quod opus
operationis bone ligatur. et in christo confirma
tur. Item uirga moyſi. per quam magorum ſer
pentes .i. demonum ſuggeſtiones effugantur.
Item tactus petre. per quam recipimus fluen
ta gratie. Item lignum heliſei. ad querendam
ſecurim. que in imo demerſa eſt. et natauit
ad lignum. quoniam genus humanum. quod a li
gno uetito cecidit in infernum. per lignum crucis
christi et baptiſmum aque natauit ad paradiſum.
Item funiculus raab. per quem uiri explorato
res euadunt. huius ſeculi tribulationes. Item ſi
comorus zachei. quoniam arbor eſt uite ſalutifera.
peccatorum ſcala. per quam ſcanduntur celi faſti
gia. Inuentionis huius ſancte crucis hodierna eſt
ſollempnitas. quam inuenit helena conſtan
tini mater pia. indicio iude. qui uiſo ſancte
crucis miraculo in ſuſcitatione mortui factus
eſt chriſtianus. et dominum ieroſolimorum epiſcopus. Qui
riacus mutato nomine nuncupatus. quem oc
cidit apoſtata Iulianus. Inuente ſunt et a
lie due cruces latronum uidelicet. qui cum christo
crucis ſuſtinuerunt paſſionem. Has tres cru
cis ſpecies gerunt tria genera hominum. quo
rum diuerſa ſunt ſtipendia meritorum. Vna
eſt penitentie. Secunda malignitatis et nequi
cie. Tercia caritatis eximie. Primam crucem
penitentie gerit. qui paratus animam po
nere pro fratribus. et uoluntarie paupertati ſe
exponit. tribulationi ſe ingerit. tribulatio
nes proximi ſuas facit. In hac cruce dum exte
rior homo crucifigitur. interior renouatur.
Cuius crucis quatuor ſunt dimenſiones: la
titudo. in qua manus extenduntur. per quam
hilaritas operantis intelligitur. quia triſticia
facit anguſtias. Altitudo. cui caput adiungi
tur. per quam expectatio retributionis. de ſub
limi dei iuſticia figuratur. Longitudo. qua to
tum corpus extenditur. per quam tolerantia de
ſignatur. Vnde longanimes dicuntur. Profundum.
quod terre infigitur. per quod memoria mortis
accipitur. que hominem reminiſci facit. quod
cinis eſt et in cinerem reuertitur. Hec prima
crux eſt illius latronis. qui pependit ad dexte
ram domini. Si enim res bene perpenditur. latro
iſte penitentia. humilitate. fide. ſpe. caritate.
ceteriſque uirtutibus comprobatur habundaſſe. per
quem illi prefigurantur. qui ſuam iniuſticiam et
dei iuſticiam in penitentia recognoſcentes. ho
locauſtum pingue et medullatum ſe offerunt deo.
uoluntaria pietate. Eſt et alia crux latronis. ſcilicet
ſiniſtri ſine penitentia. ſine ſpe. ſine conſolati
one. qui plenus eſt murmure. ſuperbia. inuidia. et
detractione. Qui flagellum ſuſtinet inuitus.
cuius finis interitus. Hec crux eſt dyaboli. qui uere
crux dicitur. quia cruciat. Cuius ſimiliter quatu
or ſunt dimenſiones. Profundum. quod eſt de
ſperatio. Vix enim reſurgit. qui in puteum
deſperationis cecidit. Altum. quod eſt elatio.
unde et ipſe dyabolus caput ſuperbie dicitur. Latum.
quod eſt uoluptas carnis. quia lata eſt uia
que ducit ad mortem. Longum uero eſt perti
nacia. que gemino modo habetur. cum ali
quis ſcilicet ita pertinax eſt in peccato. ut non curet
reſipiſcere. Vel quando aliquis reſurgit. et ite
rum ad uomitum quaſi canis redit. Per hanc
ſiniſtri latronis crucem. figurantur qui in ſerui
cio dei eoſdem patiuntur labores. cum uere
penitentibus. ſed inuiti et gementes. quia non
ſunt uere penitentes. Tercia crux dicitur cari
tatis. quam illa linea in qua christus pependit
figurauit. in qua tunc. et nunc extenſus. qua
ſi ad amplexandum nos. amoris brachiis
expanſis. cum iam moriturus nichil aliud
expectaret. edere quam gemitum. homo ſtatim mo
riturus. ſitio inquit. Quid ſitis o domine? Salu
tem humanam. pro qua ſe morti tradidit.

qz cu dilexisset nos in finem dilexit nos. In hac ergo
cruce desiderat nos configi ut dicat unusquisque nostrum cum
apostolo. Michi crucifixus est mundus et ego mundo. Non ut ulterius
non seruiamus peccato sed ei qui pro nobis mortuus est christo. Huius crucis sunt
sicut iiii. dimensiones. altitudo .i. spes per quam erigimur ad in-
uisibilia uilipendentes transitoria. profundum est timor domini
quia per hoc quod iudicium timemus illicitos carnis motus
refrenare incipimus. Vnde initium sapientie timor domini. Latitu-
do est caritas. que est latior quam oceanus. Vnde latum mandatum
tuum nimis. Longitudo est perseuerantia. Nam qui perse-
uerauerit usque in finem hic saluus erit. Hac igitur cruce de-
struitur crux dyaboli. Nam per eius profundum quod est timor.
destruitur altitudo illius que est superbie. ut timor cum in
nobis reprimitur metu futuri iudicii. Per spem desperatio. quia
enim spes uera eternum superiorum menti nostre impri-
mit ymaginationem. retinemur ne labamur in despera-
tionem. Per caritatem uoluptas carnis destruitur. Quanto
enim artiori uinculo dilectionis christo coniungimur tanto ma-
gis carnem domare nitimur. Perseuerantia uincit pro
nastinatiam. Qui enim in bono proposito perseuerat uictorem
deus hunc coronat. Est et alia crux in angaria. quam
ille portat cui nomen symon. Qui uero omnes labores obe-
dientie portans. instantissime quasi crucem domini
omnia que crucis sunt portat currit et laborat. quia
duros angariatores habet .i. superbiam et inanem gloriam
sed inexcitemus fructu caret quia oculus eius ad angari-
atores spectat. Vnde iudicatur non secundum obedientiam sed secundum
intentionem obedientie et propositum. Qui crucem christi gerit in terra
moritur promissionis laborans in cruce penitentie moritur
in deserto itinere. Sed isti alii duo moriuntur in egypto.
Hodierna igitur die fratres karissimi ascendamus crucem uere penitentie
et uere obedientie. ut ad crucem spiritualem hominis que est carita-
tis maximam ascendere. in qua pendet christus cotidie. Si enim
christus pro nos crucem ascendere dignatus est. inuitat nos
ad perfectionem dilectionis sue. talem igitur pro nobis in cruce
pendentem ymaginem dum labi timemus in desperati-
onem. spem autem erecto humus ad iudicium uenientem
coram testimonio conscientie possidemus dum suggestione
dyaboli ad perpetrationem praue actionis allicimur.
et hoc est in cruce caritatis pendere. ut timore dei accen-
si. sic singula membra nostra castigemus ut neque ma-
nui in opera ardor. neque pedi liceat deuiare in la-
titudinem claudorum. prestante domino nostro ihesu christo.
qui cum patre et spiritu sancto. uiuit et regnat.

dium. in trono dei ardentiu
autem eam archa noe. p qu
uis superamus. Item colu
quam hostes euadimus. et
dei ambulamus. Item stru
sacrificium cordis contriti et
ferimus. Item uepres ariet
cornua connectuntur. que
karismata. Item baculus
presentis uite limite susten
bo thamar. per quam xpo fid
latur. Item coccinum zar
operationis bone ligatur. et
tur. Item uirga moysi. p
pentes .i. demonum suggestio
Item tactus petre. per quam
ta gre. Item lignum helys
securim. que in imo deme
ad lignum. quoniam genus hum
no uetito cecidit in infernu
xpi et baptismum aque nata
Item funiculus raab. p qu
res euadunt. hui sci tribu
comorus zachei. quoniam arbor
peccatorum scala. p quam sca
gia. Inuentionis hui sce
sollempnitas. quam inuent
tini mater pia. indicio u
crucis miraculo in suscitat
est xpianus. et demum iere
riacus mutato nomine n
cidit apostata Iulianus. I
lie due cruces latronum vid
crucis sustinuerunt passi
as species gerunt tria ge
rum diuersa sunt stipend
est penitencie. Secunda malig
ae. Tercia caritatis exami
penitentie gerit. qui para
nere pro fratribus et uolunt
exponit. tribulationi se i
nes proximi suas facit. I
rior homo crucifigitur. In
Cuius crucis quatuor sun

fo 24